4 *Curator hoc faciens ſcienter, vel donaſſe videtur, vel cum doloſe fecerit, ei non ſuccurritur.*

5 *Curator certam quantitatem dotis ſuæ minori promittens excedentem ſuas facultates, ſi ſe ſuaq; bona ad id obligaverit, de ſuis bonis exceſſum ſolvet.*

6 *Mater, vel extraneus promittens dotem pro filia, vel extranea ultra eius patrimonium, vel ſubſtantiam, quando de exceſſu teneatur.*

7 *Mater adminiſtrans bona filiæ, ſi det fundum communem ei in dotem, videtur ſuam partem donare, & idem eſt in fratre, ut in n 8.*

9 *Tutor, vel curator mittens pupillæ, vel ad domum ſponſi eius munera nuptialia, an poſſit eam pupillæ imputare?*

10 *Tutor, vel curator, aut alius conſanguineus pupillæ recipiens aliquid pro ea maritanda, an teneatur id ei reſtituere? & n. 11.*

12 *Tutor, qui in dolo verſatus fuerit, ut quia dedit pupillam indigno, tenetur ad intereſſe pupillæ.*

CAPVT II.

Quod tutor, vel curator teneatur collocare pupillam in matrimonium, eiq; dotem congruam aſſignare.

TVTOR præterea, vel curator tenetur collocare in matrimonium minorem ſub ſua cura conſtitutam, eique dotem competentem conſtituere, *ita voluit Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. titul. de iudic. §. generalia, ſuper num. 32. lit. F. ad medium ibi, quia quamvis fecit, quod debuit, &c. pag. mihi 46. col. 4. Alber. Bald. & Angel. in l. qui ſine, ff. de neg. geſt. Alberic. in l. quicquid. Cod. arb. tutel. Palat. Rub. in repet. c. per veſtras. §. 3. n. 22. de donat. inter vir. & ux. Cavalc. de tut. & curat. num. 275. Baec. in tract. de decim. tut. c. 2. n. 114. & de non melioratione dot. fil. c. 1. n. 9.* ubi quod non tenetur tutor dare minori ſuæ in dotem totum, quod illi reliquit pater, etiamſi nubat ei, cui ille iuſſit, ſed iuxta facultates patris, & dignitatem mariti dotem æſtimari debere, *ut in leg. cum poſt, §. dotis, ff. de iure dot. & in lege quæro, ff. eodem titulo.* Habemus Hiſpani expreſſam legem Regiam de hoc, videlicet *nonam, tit. 11. pa. 4. ibi, Otroſi qualquiera home que tenga en ſu poderio, e en ſu guarda alguna manceba con todo lo ſuyo, que fueſſe ya de edad para caſar, puedenlo apremiar que la caſe, e la eſtableze a dote, ſegun fuere la rique za que avia ella, e ia nobleza de aquel con quien la caſa, ca ſi mas eſtablecieſſe por dote, de lo que ovieſſe no valdria.*

2 Sed videtur, † quod lex hæc Regia, in hoc verſiculo, *ca ſi mas eſtablieſſe por dote de lo que ovieſſe, no valdria.* cum indiſtincte hoc dicat, corrigat diſpoſitionem *l. cum poſt mortem, ff. de adminiſtratione tutorum,* ubi cavetur, quod ſi ſciens curator non ſufficere dotem promiſerit, vel donaſſe videtur, vel quoniam doloſe fecit, illi non ſuccurratur. Præterea idem decidit, l. illa, quoties curator officium ſuum egreſſus ſponte obligavit, nempe, ut ei non ſuccurratur, ſed is, ſi non donandi animo, ſed negotii gerendi cauſſa dotem promiſit, habet mulierem obligatam, & poterit dici, etiam manente matrimonio eam teneri, quia habet dotem, ſicut in collocatione ſanctorum dicitur, vel certe poſt divortium, ſive exacta ſit dos, ſive maneat nomen, quia poteſt efficere, ut ei accepto feratur, quod ſi mulier ſuum curatorem adimplere id, quod ſupra vires patrimonii eius in dotem dare promiſit, non quærat: curator quidem in hoc, quod ſuperfluum eſt, per exceptionem relevari, mulierem vero cautionem in maritum exponere debere, quod ſi quandoq; locupletior conſtante matrimonio facta fuerit, dotis reliquum marito ſolvat.

Nihilominus tamen lex Regia prædict. in ſuo caſu iuxta ius commune intelligenda eſt, ut ipſum non corrigat, & pro clariori intelligentia huius articuli, tres caſus diſtinguendi ſunt.

Primus eſt, quoties curator † durante officio dotat 3
ſuam minorem ſimpliciter de ſuis bonis in certa dotis quantitate, quæ excedit vires ſui patrimonii: tunc namque proculdubio in exceſſu, dotis promiſſio non valebit, neq; ultra curator ſolvere tenebitur, & in hoc caſu meo iudicio expreſſe loquitur dicta lex Regia, & non dic. *l. cum poſt mortem.* ſed quando officium egreſſus curator ſe ſponte obligavit.

Secundus caſus eſt, quando curator ſciens non ſufficere, promiſerit: nam † tunc, vel donaſſe videtur, vel 4
cum doloſe fecerit, ei non ſuccurritur. Ita expreſſe diſponit *dict. l. cum poſt mortem, verſic. præterea, & illud,* quo caſu non videtur loqui, *d. l. reg.* ſed cum ſimpliciter, ignoranter. & ſine dolo promiſit plus, quam facultas adultæ ſit: maxima enim eſt differentia inter prædict. duos caſus, nempe, ſimplicis promiſſionis dotis de bonis adultæ, vel cum ſit eadem promiſſio ſcienter, & doloſe, *ut in l. cuius per errorem, ff. de reg. iur. cum ſimil.*

Quo fit, ut idem à fortiori dicendum ſit, quoties curator certam promiſerit dotis quantitatem ſuæ minori 5
excedentem ſuas facultates: attamen pro ſecuritate dotis promiſſæ obligavit non ſolum bona ſuæ minoris, ſed etiam propriam perſonam curatoris, ſuaque bona, & præcipue ſi fuit dotator proprius de ſuis bonis totius quantitatis, vel exceſſus dotis: tunc enim in ſolidum remanet obligatus, & conveniri poteſt, quia videtur de ſuo donare, *ut in l. unica, §. accedit, cum ſimil. Cod. de rei uxor. act. & alios allegans Baec. de non melioratione dot. filiabus, cap. 35. num. 14. verſic. quod autem, & plurimos citans bene id probat Petr. Surdus in tractatu de aliment. tit. 9. q. 1. num. 21. cum ſeqq.*

Tertius caſus eſt, cum curator egreſſus officium ſuum, certam dotem promittit adultæ, & tunc ſervanda eſt diſtinctio, *d. l. cum poſt mortem, uſq; in finem*: quia de hoc caſu non loquitur *d. l. Regia*, nec correctum invenitur ius commune. Recte igitur Greg. Lop. *in d. l. 9. in gl. no valdria* admonuit eam l. intelligendam, ut in *dict. l. cum poſt mortem, §. 1.*

Ex quibus ad ſciendum, *an quando mater, vel extraneus promiſit dotem, quæ excedit patrimonium, & ſubſtantiam filii, vel filiæ, vel extranei, illud plus, vel reſiduum teneatur de ſuo proprio patrimonio ſolvere, an vero remaneat liberatus?* Breviter ita reſolvendum eſt: quod extraneus nullo modo tenetur, ſed remanet liberatus: ſi † mulier,
pro qua promiſit, non eſt ſolvendo: quia in dubio vide- 6
tur promittere adminiſtratorio nomine, niſi probetur, quod promiſit animo donandi, vel ſcienter, & doloſe ſciens, & cognoſcens vires patrimonii ipſius mulieris: quia tunc reſiduum tenetur ſolvere per text. formalem, & expreſſum, *in d. l. cum poſt mortem, §. 1. ff. de adminiſtr. tut. & ibi gloſſ. ordinaria, Bart. Alber. & communiter Dd.* ſi vero mater, vel aſcendens, quæ non habet filium in poteſtate, promiſit, tenetur reſiduum ex ſuo patrimonio ſolvere: quia ratione naturali coniunctionis pietatis, & affectionis videtur donare, *argumento text. cum materia in l. Neſennius, ff. de negot. geſtis, & in l. alimenta, C. eodem titul. & quæ ibi notantur, & in expreſſo ita tenet Baldus Novell. in tract. de dot. 6. parte, privileg. 45. nu. 2. quem refert, & ſequitur Ant. Gom. in l. 53. taur. num. 24.* ubi etiam idem citat. Palac. Rub. *in repe. rubr. de donat. inter vir. & ux. §. 66. nu. 16. & 17.* ubi loquitur in matre vidua tutrice ſeu curatrice filiorum, bona ipſorum adminiſtrante, & promittente dotem magnam forſan, ultra vires patrimonii filiæ, quam nuptui tradidit: Inquit namque, quod in eo, quod excedit patrimonium filiæ, videbatur mater ex ſuo donare, quando ſuo nomine dotem promiſit, unde tenetur ſolvere integram dotem, & ſolutam non repetit: quia non videtur promiſiſſe animo repetendi: ſecus credit in extraneo, qui adminiſtrabat bona puellæ tanquam tutor: quia licet ſimpliciter

promitteret dotem ultra patrimonium puellæ, videtur animo repetendi promiſiſſe, *ut in dict. l. cum poſt mortem, §. qui cum eſſet, & ibi latius probat.* Itaq; hactenus Palat. Rub. præd. reſolutionem omnino probare videtur, quam etiam nos probamus.

7 Sic etiamſi mater forſan † adminiſtrans bona filiæ det fundum communem ſibi, & filiæ in dotem, intelligitur, partem ſuam donaſſe, non fiducia pietatis adminiſtraſſe, licet in quolibet adminiſtratore potius præſumatur animus adminiſtrandi, quam donandi in adminiſtratione neceſſaria, *ut in dict. l. cum poſt mortem cum ſimil. ita Bald. in l. fin. num. 13. verſi. quæro quid in matre, num. 13. C. de dot. promiſſ. ſequitur idem Palat. Rub. in repet. Rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 62. nu. 31. & d. §. 66. num. 9.* limitans, dummodo res taliter donata non ſit dotis matris, patre vivente, *& Bald. Novell. de dote, 6. parte privileg. 3. num. 6.*

Idem tamen Palatius Rub. *d. §. 66. num. 18.* relinquit cogitandum ex ultimis verbis Bald. *ubi ſup.* dum ſentit, quod ſi mater eſt adminiſtratrix neceſſaria non videtur donare, & tandem inquit, quod hoc videtur verius in patre, & avo, & aliis: qui tenentur dotare, licet gerant negotia filiæ, tamen in dubio videntur dotare de ſuo: quaſi ſecus eſſe velit Palat. Rubr. in matre, quando non tenetur filiam dotare: nihilominus teneo præcedentem
8 reſolutionem, quam ſequitur Bald. Novell. & Anton. Gom. *ubi ſup. poſt alios.* Et in † fratre dotante ſororem in fundo communi, quod videatur ſuam partem donare tenet Salyc. *in d. l. fin. n. 6. C. de dot. promiſſ.*

9 Vlterius obſervandum † eſt in materia, quod ſi tutor vel curator, ultra dotem promiſſam pro pupilla miſerit ei, vel ad domum ſponſi eius munera nuptialia, non poterit ea pupillæ imputare, ſed de ſuo ſolvere, vel reſtituere tenetur, niſi eſſet conſuetudo ſic faciendi, adeo, quod ſine verecundia ſua, & minoris non potuiſſet ſe ab eis abſtinere, *ita Cavalcan. de tutor. & curat. num. 276.* qui tamen loquitur, quando tutor maritavit ſororem pupilli, & eidem miſit munera nuptialia: Sed ſi hoc eſt verum, à fortiori procedet etiam in caſu: quo loquitur Cavalcan. nempe, quando prædict. munera nuptialia mittuntur ipſi pupillæ vel adultæ, dummodo adeſſet conſuetudo ſic faciendi: adeoq; ſine verecundia ſua, & minoris non potuiſſet ſe ab eis abſtinere: Idem ſi eſſet ſibi commiſſum à magiſtratu, vel à iudice *ſecund. Cavalca. ubi ſupr.*

10 Quod ſi tutori, † vel curatori fuit data aliqua pecunia pro maritanda ſua minore, non tenetur illam ei reſtituere, *gloſ. in l. qui ſine, 40. verb. accepit,* argumento illius tex. *ff. de negot. geſt. Guilierm. de ludo. ſingu. 41.* quos refert & ſequitur Rebuff. *in concordat. in rubric. de public. concub. pag. 724. ad fin.* ubi etiam, quod non eſt ſimonia ſic recipere pecuniam, ut contrahi matrimonium ſuadeatur, *ſequitur etiam Cavalc. ubi ſup. n. 277.* Contrarium tamen in ſpecie prima præmiſſa ex profeſſo determinavit Pileus Doctor antiquus *in ſuo opere, q. 72. de pupilla*, quam tutor maritavit Titio recepta Marcha argentea ab ipſo exigenda, ſcilicet, quod turpiter recepit, & tenetur pupillæ reſtituere actione tutelæ, quaſi videatur deliquiſſe adminiſtrando, ſcilicet, eam matrimonio collocando: quia quamvis fecit, quod debuit, non tamen eo modo, quo debuit, unde tenetur, & Pileum in hoc refert & ſequitur Ioann. Andr. *in addit. ad Specul. titu. de iudic. §. generalia, n. 32. litera F. ad fin. additionis,* nec non, & Pal. Rub. alios allegans *in repet. c. per veſtras, §. 3. incip. ſed ſi filia contraheret matrimonium, n. 22.* ubi idem probat de conſanguineo, qui ut puellam nuptui collocaret, pecuniam accepit & nuptui tradidit eam viro bono, & condigno, nam tunc tenetur reſtituere ſaltem pauperibus, *ſequitur etiam Greg. Lop. in d. l. 9. in gl. que defendieſſe, tit. 11. part. 4.* loquens in patre tutore, vel alio, qui tenetur dotare, *ſequitur plures referens Baec. de decim. tut. c. 1. n. 20 & 21.* Et hæc opinio mihi verior, & magis recepta, atq; proinde tenenda videtur adverſus priorem.

Præterquam in donulis gratuito datis abſque aliqua 11
pactione, † ſed ſponte ob gratitudinem, & ratione novæ affinitatis, vel amicitiæ, quæ non cenſeo eſſe reſtituenda pupillæ. Sed illa, quæ tutor, vel conſanguineus eius recepit ob ſuum conſenſum matrimonio præſtandum: & ſic reſpective, ut matrimonium celebretur, cum ipſe tutor ex officio teneatur ſuam minorem matrimonio collocare, ergo gratis tenetur id facere, non vero pretio accepto, ac proinde ſi aliter fiat, tenebitur id pupillæ reſtituere, non vero, quod ob gratitudinem naturalem ſponte ei datur ratione novæ amicitiæ, vel affinitatis, quod verum exiſtimo, licet, hoc ultimum apud alium non invenerim.

Tutor tamen, qui † in dolo verſatus fuerit: ut quia de- 12
dit pupillam indigno, tenetur ad intereſſe pupillæ, *teſte Angelo in d. l. qui ſine, quem refert & ſequitur Rebuff. ubi ſupr. pag. 725. in princ.*

SUMMARIA.

1 *Tutor, vel curator, eiuſve filius, vel nepos olim matrimonium contrahere non poterant cum pupilla adultave, ſub pœna adulterii.*

2 *Quod adeo verum erat, ut matrimonium inter præd. perſonas contractum nondum reddita ratione tutelæ vel curæ, poſt redditam nondum exacto quinto, & viceſimo anno, & alio utili anno eſſet nullum, alias ſecus, ut in num. 3.*

4 *Matrimonium præcedens tutelam rite contractum validum eſt, ac proinde cura ſuperveniens non dirimit matrimonium legitime contractum inter adultam & filium curatoris.*

5 *Matrimonium contractum inter adultum, & filiam curatoris validum eſt, & pœna non incurritur.*

6 *Matrimonium contractum inter protutorem, vel procuratorem, vel negotiorum geſtorem & adultam, cuius bona per eum adminiſtrantur, validum eſt.*

7 *Matrimonium contractum inter matrem pupillæ cum tutore filiæ ſuæ, vel cum filio tutoris eſt validum.*

8 *Matrimonium hodie attento Iure canonico, non eſt prohibitum inter præd. perſonas, olim prohibitas, neq; inter ſenatorem, & libertam.*

9 *Matrimonium contractum, contra prohibitionem iudicis eſt validum: imo etiam contra prohibitionem, legis aut Romani Pontificis, quando illa prohibitio habet temporalem cauſſam, ſecus ſi perpetuam.*

10 *Coitus tutoris, vel curatoris extra figuram matrimonii habitus cum pupilla, vel adulta durante tutela vel cura, eave finita, punitur pœna deportationis & confiſcationis omnium bonorum.*

11 *Coitus cuſtodis carceris cum muliere incarcerata, qua pœna puniatur, & numeris ſequentibus, & quid ſi ſit meretrix nu. 14. ſed nu. 17. ponitur vera reſolutio in hoc.*

15 *Doctores quando loquuntur dubitanter, eorum dictum non poteſt habere ſtabilem auctoritatem apud alios, cum non ſit firmum dicenti.*

16 *Doctores ſunt intelligendi ſecundum Cottam, quem allegant,*

CAPVT XII.

De nuptiis prohibitis inter tutorem vel curatorem, eiuſq; filios, & nepotes cum pupilla, vel adulta.

OLIM † tutor vel curator, eiuſve filius, vel ne- 1
pos, matrimonium contrahere non poterant, cum pupilla adultave ſub pœna adulterii, *l. qui*

l. qui puellam, ff. de adult. leg. filius à patre, §. ſi quis eo tempore, ff. de lib. & poſthum. l. 1. & per totum, Co. de interdict. matrim. inter pupi. & tut. ſeu curat. filioſque eorum, leg. 6. titul. 17. part. 7. ſic diſponens: *con huerfana que alguno tuviere en guarda no puede el caſar ni, darla por muger a ſu hiio, nin a ſu nieto. Fueras ende ſi el padre la ovieſſe deſpoſado en ſu vida con alguno dellos o la mandaſſe hazer en ſu teſtamento: e ſi el guardador contra eſto hiziere, deve por ende recibir pena de adulterio.*

2 Quod adeo verum erat, † ut matrimonium inter prędict. perſonas contractum nondum reddita ratione tutelæ, vel poſt redditam nondum exacto quinto, & viceſimo anno, nec non utili anno, eſſet ipſo iure nullum, *l. ſi patris 6. C. eod. titul. de interdict. matri. &c.* & talis tutor, vel curator infamis manet, veluti confeſſus de tutela, quia huiuſmodi coniunctione fraudem adminiſtrationis tegere laboravit, & dos data per conditionem repeti poteſt, *ut in l. ſi tutor, vel curator, 7. C. eodem tit.*

3 Superiora tamen declarantur. † Primo, ut procedant, quoties & quando matrimonium celebratur, inter prædictas perſonas prohibitas ante redditam rationem tutelæ, vel etiam poſt, nondum tamen exacto 25. anno, nec non & alio utili anno, *ut in d. l. ſi patris.* Secus vero ſi eſſet elapſum tempus 25. annorum, ætatis pupillæ, & anno utili, & ratio reddita eſt, *ut in d. l. ſi patris,* à contrario ſenſu, dum determinat ſpatium temporis, quod debet intervenire ad hoc, ut filius tutoris, vel curatoris poſſit contrahere matrimoniũ cũ pupilla, vel adulta, *& ibi notãt DD.*

4 Secundo declarantur, ut procedant, † quando matrimonium ſubſequitur tutelam, *ut conſtat ex præd. legib.* Secus ſi matrimonium rite contractum præcedat: tunc enim ex ſupervenienti caſu retractari non debet: Socer igitur non prohibetur dari curator nurui, nec cura ſuperveniens dirimit matrimonium legitime contractum inter adultam, & filium curatoris, *ut in leg. 3. C. de interdict. matr. inter tut.* &c. ubi conſulitur, quod ut omnis ſcrupulus auferatur, inſiſtere pater adulti debet, nec non & eius uxor, ut alius loco eius detur, habebit enim facultatem repetendi rationes negotiorum geſtorum, ab eo, qui fuerit ſubſtitutus.

5 Tertio declarantur, † ut procedant in pupilla conſtituta ſub tutela, vel cura ſui tutoris, vel curatoris: Secus vero erit, in pupillo, vel adulto maſculo: quia tunc matrimonium contractum inter ipſum, & filiam tutoris, vel curatoris validum eſt, & pœna non incurritur, d. l. 6. tit. 17 pag. 7. ibi, *Pero dezimos, que ſi alguno tuviere en guarda huerfano varon, maguer el caſſaſſe ſu hija con el, no caeria en pena de adulterio, nin la ſua que caſſaſſe con el: eſto es porque el huerfano deſpues, que es caſado trae ſu muger a ſu caſa, e non recibe embargo ninguno en demandar, cuenta ſu guardador de todos ſus bienes, loqual no podria hazer tan ligeramente la huerfana deſpues, que fuere caſada con el, o con ſu hijo, e por eſta razon podria acaecer que perderia gran partida de ſus bienes, no le oſando demandar cuenta dellos.*

6 Quarto declarantur, † ut procedant in tutore, & curatore, eiuſq; filiis, & nepotibus contrahentibus matrimonium cum pupilla, vel adulta: ſecus vero in eo, qui tutoris, vel curatoris nomine uſurpato pro tutore ſeu curatore negotiorumve geſtore res pupillæ adminiſtraverit, eamq; ſibi, filiove ſuo copulaverit: tales namq; nuptiæ valeant, & non ad exemplum tutorum infirmantur, ne ex huiuſmodi ſubtili, & maligno tractatu matrimonia ſeu proles ex his progenita, vel dos ſuper his data vel promiſſa aliquam læſionem vel calumniam patiantur, *l. fin. C. de interdict. matrim. inter tutor. &c.*

7 Quinto declaratur, † ut non procedant in matre pupillæ cum tutore filiæ ſuæ, vel filio tutoris, nuptias contrahente, hoc enim non prohibetur, *ut in l. 2. C. eo. tit.*

8 Sed hodie † Iure canonico attento hęc omnia ceſſant, quo non eſt prohibitum matrimonium inter perſonas prædictas, neq; inter ſenatorem, & libertã, & licet leges contrarium iubeant, item & acolytos uxorem ducere, non tamen Canones id præcipiunt. Libere igitur Iure canonico matrimonium inter tutorem, vel curatorem, eiuſq; liberos cum pupilla, ſive adulta contrahi poteſt. Ita tenet gloſſ. *in c. 1. verbo, quandoquidem 30. q. 3. ſequitur Iaſ. alios allegans in leg. filius, à patre, ff. de li. & poſthum. & Gr. Lop. in d. l. 6. gl. 1.* dicẽs, quod cum ius canonicum cõtradicat dictis legibus, hodie locum non habebunt: non enim propter omiſſam redditionem rationum, neq; etiam, quod pupilla, ſive adulta non exceſſerit vigeſimum ſextum annum rationabile eſt, ut matrimonium cum ea contractum à tutore, vel curatore, eiuſve filio irritetur, intercedente legitimo conſenſu eorum, verum matrimonium de præſenti efficient, iuxta formam ſacri concilii Tridentini hodie, olim iuxta ius antiquum canonicum, cui in hac materia ſtandum eſt, non vero legibus civilib. utpote nullam poteſtatem habentibus infringendi legitimum conſenſum & inhabilitandi perſonas ad contrahendum matrimonia, cum iura pontificia, & ſacrum cõcilium Tridentinum, certam quandam formam in hoc ſtatuerint, qua obſervata legitimum efficitur matrimonium, præterquam inter perſonas ab ipſo Iure canonico & concilio Tridentino prohibitas, inter quas non repeṙiuntur prohibiti matrimonium contrahere tutor, curator, eiuſve filius, vel nepos, & pupilla ſive adulta.

Facit deniq;, quia ſicut matrimonium † contractum, 9
contra prohibitionem iudicis valet, & tenet, *ut in cap. 1. cum aliis de matrim. contract. contra interdict. Eccl.* & ita cenſuit congregatio Cardinalium, *ut refert Petrus Ledeſmius, de matrim. in addit. ad tertiam partem divi Thomæ, q. 45. artic. 5. pag. 190. col. 1.* Ita etiam valet, ſi contra prohibitionem legis aut Romani Pontificis fiat, quando illa prohibitio habet temporalem, non vero perpetuam cauſſam prohibitionis, *gloſſ. in cap. tua. de ſponſà duorum, Abb. in c. ad diſſolvendum de deſponſat. impub. ſequitur plures referens D. Cov. in 4. de ſponſ. 2. part. c. 6. in prin. n. 6,* ubi etiam, quod licet matrimoniũ ex legis prohibitione late pendente contrahi non debeat, *ut in cap. tua nos, de ſponſà duo, cap. cum Apoſtol. de ſponſa.* tamen contractum tenet, *ut in d. ca. cum Apoſtol.* iuxta communem eius intellectum, niſi contrahens crediderit primum matrimonium, ſuper quo litigatur, validum eſſe, tunc enim eſſet defectus conſenſus, *ita Abb. in d. cap. cum Apoſtolic. quem refert & ſequitur Covar. ubi ſup.*

Coitus autem, & † acceſſus tutoris vel curatoris, ex- 10
tra figuram matrimonii cum ſua pupilla, vel adulta, habitus durante tutela, vel cura, eave finita, punitur pœna deportationis, & confiſcationis omnium bonorum ſuorum, *textus eſt in lege unica, Cod. ſi quis eam, cuius tutor fuerit corrupt. & ibi notant gloſſ. Odof. Cyn. Iacob. Butric. Ioann. Faber, Bald. Salycetus, & communiter Doctores, ſecundum Anton. Gom. in l. 80. Tauri, num. 24. tenet etiam Paul. Ghirland. in tractat. de pœn. omnif. coitus, quæſtion. 7. fall. 6. n. 7.* Et eſt communis *ſecundum Iul. Cla. in pract. criminal. § fornicatio, ver. cum pupilla, & Proſper Farin. in ſuis quæſtionibus criminal. 1. tomo. quæſtion. 31. num. 113.* & approbatur hodie hæc communis ſententia. in d. l. 6. tit. 17 part. 7. ibidem *Mas ſi por ventura paſſaſſe à ella ſin caſamiento, deve ſer deſterrado para ſempre en alguna Isla: todos ſus bienes deven ſer dela camara del Rey, ſi no uviere parientes de los que ſubẽ, o deſciendẽ por linea derecha faſta el tercero grado,* per quam l. Regiam hoc modo declaratur præfata magis cõmunis ſententia: Quare † cũ eadẽ 11
ratio militet in cuſtode cognoſcente carnaliter mulierẽ incarceratam, quæ in tutore vel curatore cognoſcente carnaliter pupillam, vel adultam ſuam: nam ſicut tutor tenetur alere pupillam, illamq; honeſtis moribus cõſervare; quia tutor datur principaliter perſonæ, ſecundario autem

plures, §. in primis, ff. de adminiſtr. tut. l. final. C. de aliment. pupill. præſtand. §. ad certum, verſic. certe, & ibi gloſſ. Inſtit. qui tut. dar. poſſ. ita etiam cuſtos carcerum tenetur diligenter & honeſte cuſtodire & alere mulierem incarceratam, illamque illæſam conſervare, *l. 1. & fin. C. de cuſtod. reo.*

12 Hinc eſt, † ut ſtante eadem ratione ſuccedat in utroque caſu eadem pœna, ideoque cuſtos carceris cognoſcens carnaliter mulierem incarceratam, puniri debet pœna deportationis, & confiſcationis omnium bonorum, ſicut tutor vel curator pupillam vel adultam carnaliter cognoſcens extra figuram matrimonii, *ita Paulus Ghirland. in d. tractatu de pœnis omniſar. coitus, quæſt. 13. quod late defendit Boer. 317. num. 1. cum ſequentibus,* ubi *num. 4.* teſtatur de veriori & magis communi opinione, imo ſecundum eundem Boer. *ibidem poſt num. 15. in verſic. & hoc ſentit Joan. Faber,* non imponitur niſi pecuniaria pœna cuſtodi carnaliter cognoſcenti mulierem incarceratam.

13 Ex † quo merito rejicienda venit, vel ſaltem in noſtris regnis non admittenda opinio Joan. Fabr. *in §. item lex Iulia, num. 6. Inſtitut. de publ. judic.* dicentis, quod cuſtos carceris cognoſcens carnaliter mulierem carceratam, conſuetudine punitur pœna mortis, *& ibi late à num. 50. & hoc dictum Fabri, pro ſingul. & unic, refert Pariſ. de Puteo in tractat. de ſyndicat. verb. adulterium cap. 1. incip. officialis quidam magnus, num. 12,* ubi hoc extendit, ut procedat, etiamſi talis mulier ſit inhoneſta, imo publica meretrix, *& ſequitur Hippolyt. in l. 1. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. num. 5. Guid. Papa ſingul. 689. incip. commentarienſis, & in deciſione 448. num. 3. Petrus Plaça, in epitom. delict. cap. 10. ad finem.*

14 Ubi ampliat, † etiam quod mulier cognita per cuſtodem ſit meretrix, ita etiam ampliat, & alios concordantes adducit Jodoc, *in pract. crimin. in rubric, de carcerariis ſive commentarienſ, cap. 17. num. 16. Bonacoſa in commun. opinionibus part. 1. verſic. cuſtos carcerum carnaliter cognoſcens,* quod pluribus comprobat Pariſ. de Puteo, *ubi ſup. num. 3. cum ſeqq.* reſpondens contrariis, & Marſil. *ſingul. 150. acceſſus ad meretrices, & Follerius in pract. criminal. verb. vel carceretur, num. 25. Carrer. in pract. criminal. 3. tractat. de homicid. & aſſaſſ. §. 10. excuſat laſcivia, num. 2. quos in hoc congerit Farina, ubi ſupra, num. 112.* Hoc tamen verum intelligebat Cyfuentes *in leg. 62. Taur.* quando talis mulier meretrix incarcerata cognoſcitur invita, & per vim: ſecus vero alias: quia mitius debet puniri in hac ſpecie cuſtos eam carnaliter cognoſcens: Anton. vero Gomez *in l. 80. Taur. num. 25.* dicit, quod cum iſte caſus non ſit in jure deciſus, punitur cuſtos carceris pœna arbitraria ſecundũ qualitatem perſonarum & carceris, quod etiam probavit Menoch. *de arbit. judic. lib. 2. caſu 292.* nempe quando ſine vi eam cognovit. Sic etiam carceratus carnaliter cognoſcens meretricem carceratam, erit aliqua pœna plectendus, *ut ſcripſit Bonacaſa in ſuis communibus, 1. part. verb. carceratus cognoſcens carnaliter.*

Nihilominus tamen, quod cuſtos carceris cognocens carnaliter ſine vi meretricem carceratam, nullatenus puniatur, pluribus comprobat reſpondens contrariis Boerius *d. deciſ. 317. num. 5. cum ſequentibus, uſque ad num. 10. & 24.* ubi teſtatur de magis communi opinione, Si vero violenter eam cognoverit, poſſit aliqualiter puniri, *ut per Boerium ubi ſupra, nu. 9.* ubi teſtatur hoc caſu ſenatum Burdegal. juſſiſſe cuſtodem intra carcerem virgis vapulandum, quem refert & ſequitur Clarus *in pract. crimin. §. fornicatio. ſub verſ. carcerata, ibi, ſed quid ſi mulier cognita à commentarienſe eſſet meretrix.*

Sed quoad pœnam mortis, de qua per Fabrum *ubi ſupra,* obſervandum eſt, illam non eſſe jure communi introductam, ſed à conſuetudine illius regni, Ideo ubi talis conſuetudo non viget, non eſt ſervanda illa doctrina, nec ceterorum; ſiquidem originaliter in conſuetudine fundatur, unde eorum dictum non poteſt habere ampliorem auctoritatem apud alios, quam apud dicentem, ſicut alias inquit Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. 1. part.* §. 5. † ubi, *num. 27. ad finem,* quod quando Dd. loquuntur 15
dubitanter, eorum dictum non poteſt habere ſtabilem auctoritatem apud alios, quum non ſit firmum dicenti, ergo cum Joan. Faber, *ubi ſupr.* tantum loquatur de conſuetudine, & hoc ſignanter exprimat, ceteri ejus ſequaces eodem modo ſunt intelligendi, non vero de jure.

Accedit † præterea, quod Doctores ſunt intelligen- 16
di ſecundum Gottam, quem allegant, juxta doctrinam Bart. communiter approbatam, *in l. non ſolum, §. liberationis verba. num. 7. ff. de lib. legat.* Imo ſi recte expendantur ejuſdem Fabri verba, videntur concludere, quod de jure communi pœna cuſtodis carcerum carnaliter cognoſcentis carceratam, non ſit mortis, ſed bene ſit illa eadem, qua tenetur tutor carnaliter cognoſcens & ſtuprans pupillam vel adultam, *ut ſupra diximus.*

Nihilominus † tamen in hac re veritatem mihi atti- 17
giſſe videtur Farinacius *ubi ſupra d. quæſt. 31. num. 123.* dicens, quod ſi cuſtos vel carceratus habeat rem cum carcerata honeſtæ vitæ, puniatur eadem pœna, qua puniendus eſſet, ſi eam extra carceres cognoviſſet, & etiam gravius arbitrio judicis propter carceris violationem, *juxta ea quæ ſcripſit Menoch. d. caſu 292. num. 3. & 6,* cui in hac parte libenter aſſentit Farinacius, *d. num 123.* idem juris eſſe credens in carcerato cognoſcente uxorem vel ancillam cuſtodis: Igitur ſi cognita eſſet virgo vel vidua, cognoſcens eam carnaliter, ſive cuſtos ſive carceratus ſit, tenebitur de ſtupro: ſi uxorata tenebitur de adulterio, non aliter ac ſi extra carcerem eam cognoviſſet: & utroque caſu ſemper pœna erit aggravanda aliquid plus propter qualitatem violationis carcerum, & multo magis aggravanda, ſi interveniat vis, *prout conſiderat Boerius, d. deciſ. 317. num. 9. verſic. quid dicendum in iſto puncto:* ſi vero cognita erat meretrix, tunc licet ceſſet pœna ſtupri & adulterii, non tamen ceſſare debet pœna arbitraria, *juxta ſententiam Antonii Gomez, Menochii Putei, Marſilii, Carreri, ubi ſupra, contra Boer.* qui nullam pœnam iſto caſu cuſtodi ſeu carcerato infligi poſſe affirmat: *ita Farinacius, ubi ſupra quem ſequor.*

SUMMARIA.

1 Tutor vel curator, & ſic adminiſtrator neceſſarius contrahens nomine officii, non tenetur de evictione.

2 Fallit 1. hæc concluſio, ſi tutor vel curator nomine proprio ſe & ſua bona obligavit.

3 Fallit 2. quando non erat neceſſaria venditio, ut puta cũ tutor vel curator rem minoris ſine neceſſitate vendiderit, vel ſine judicis decreto, ſine quibus ipſa venditio non valuit, tunc namque tenetur de evictione reſpectu pretii, niſi, &c. ut hic.

4 Tutor illegitimus, vel falſus qui non erat tutor, aut inventarium & cetera ſolemnia non fecit, item procurator falſus an teneatur de evictione?

5 Procurator ad negotia contrahens procuratorio nomine an teneatur de evictione, & in numeris ſequentibus.

6 Procurator nomine domini emens, tenetur ad pretium.

7 L. ſi pupilli, §. 1. ff. de neg. geſt. intellectus, & num. 27.

8 L. 7. tit. 1. part. 5. litera & caſus refertur eaq; declaratur & ad praxin reducitur.

9 Procurator, qui voluit ſolum dominũ obligare, ſi id conſtat, non remanet ipſe procurator obligatus.

10 Procurator contrahens procuratorio nomine quando ei nihil acquiritur, non tenetur de evictione finito officio: ſed tantum dominus ipſe.

11 Procuratores ſimpliciter aliquid confitentes, non tamen

ſe obligantes, non tenentur, ſed ſolus dominus tenetur, ſed intellige, ut in num. 24.

12 *Procurator non tenetur ex contractu geſto domini contemplatione: idem eſt, quando explicatur actus, qui ſolum domino competit, ut in nu. 13. niſi in caſu de quo, n. 14. ſcilicet, in procuratore dato in rem ſuam, aut ſe offerente, cum ſciret, cautum non eſſe, vel ſi ſe liti obtulit loco defenſoris cum ſatiſdatione.*

15 *Procurator ſive contrahat, ſive compareat in judicio, tenetur ſe oſtendere procuratorem, alias tenetur parti ad intereſſe.*

16 *Mutuum acceptum per procuratorem acquiritur domino, procuratori autem nihil acquiritur.*

17 *Procurator, qui fidem ſuam aſtrinxit, tenetur etiam finito officio. idem eſt, ſi proprio nomine ſe obligavit, idem in tutore & curatore, ut in n. 18. idem eſt in eo, qui ſe fecit procuratorem in eo, in quo non erat: quia in his caſibus videtur fidem ſuam aſtrinxiſſe, ut in n. 19.*

20 *Procurator obligans ſe, ſuos heredes & bona, tenetur.*

21 *Procurator cujus contemplatione celebratur contractus tenetur, & remanet obligatus.*

22 *Procurator contrahens nulla facta mentione officii, an obligetur? diſtinguitur.*

23 *Procurator tenetur de evictione, quando ex contractu per eum geſto procuratorio nomine aliquid ei acquiritur, puta actio directa, vel pretium rei venditæ ab eo.*

25 *Procurator actum gerens procuratorio nomine, qui ſolum procuratori convenit & ipſum tantum reſpicit, prout eſt promiſſio rati, & judicatum ſolvendi, videtur fidem aſtrinxiſſe.*

26 *Procurator procuratorio nomine recipiens mutuum, & per ſtipulationem promittens ejus ſolutionem, an ipſe quoque remaneat obligatus?*

28 *Procurator tam proprio, quam appellativo nomine promittens, an remaneat obligatus, & num. 29.*

30 *Procurator ad faciendum mutuum ſub uſuris, in abſentia domini recipiens pignora, an finito officio teneatur ad eorum reſtitutionem? & num. 31.*

CAPVT XIII.

An tutor vel curator teneatur de evictione, & quid de procuratore ad negotia?

1 ADMINISTRATOR † neceſſarius, prout eſt tutor vel curator, contrahens nomine officii, non tenetur de evictione, cum ſit officium neceſſarium & publicum, licet privatam utilitate, *juxta leg. ſi non ſubſcripſiſti, & ibi Salyc. C. de adminiſtr. tut. gloſſ. in c. ſicut 46. diſtinctione.* Et in terminis, quod tutor vel curator non teneatur de evictione, probat text. *in l. poſt mortem, §. tutor, ff. quando ex fact. tut*, ubi inquit text. *tutor, qui pecuniam ſoluturum ſe cavit, ad quam pater pupilli condemnatus fuerat actionem poſt tutelam finitam recte recuſat*, ubi gloſſ. verb. *recte recuſat*, inquit, promiſit enim tutorio nomine, ſed certe, etſi non exprimat, ex quo apparet, quod in rem pupilli ſic obligavit. Idem eſt, *ut in l. fin. eod. tit. Bar. & Dd. in d. §. tutor, text. etiam in l. 1. C. quando ex fact. tut. & c. ibi, nam tutores curatoreſque finito officio non eſſe conveniendos ex adminiſtratione pupillorum vel adoleſcentiũ ſæpe decretum eſt, Bartol. Bald. & Dd. in l. 1. C. credit. evict. pign. non deb.* quod Bartol. ibi dicit millies allegaſſe, & illud menti tenendum commendat Jacob. de S. Georg. *in l. fin. n. 13. C. de furt.* & Corneus *conſ. 72. volum. 4.* Idemque in alio vendente ex officio, quod non teneatur de evictione probat Bart. *in l. alio, ff. de aliment. & cib. legat. n. 25.* & ibi addit. Alex. alios citat, & utrumq; ſequitur Boer. *deciſ. 80. num. 1. cum ſeqq.* Idem in inſtitore, tutore & curatore tenet Boer. *deciſ. 273. num. 2. ibi, idem dicendum,* ubi quod hoc debet intelligi, quando tutor vel curator, vel inſtitor ſimpliciter contrahit ſuper re ad pupillum, vel dominum pertinente, & noluit expreſſe teneri, & iterum *num. 5.* ibi, *ſed ſecus*, ubi etiam loquitur in tutore & curatore, ut officio finito non teneantur ex contractu ſuper re pupilli facto, *ut in d. §. tutor,* quoniam ipſi ſunt neceſſarii adminiſtratores. Eandem etiam concluſionem ſequitur alios allegans Bacca *de decim. tut. cap. 2. n. 128.* & Spino *in ſuo Speculo teſtamentorum, gloſſ. 29. nu. 62.* & Cavalcan. *de tutor. & curator. n. 172.* Idem eſt, quando officium eſt publicum auctoritate & utilitate, *ſecundum gl. Alber. & doctores in lege finali, ff. ſi quis cautio. Boer. dicta deciſ. 80. num. 3. ad fin.* Et procedit, etiamſi promiſerit de evict. *gloſ. & Dd. in l. procurator, qui pro evict. ff. de procurat. Mandel. conſ. 12. num. 9.*

Fallit † primo hæc concluſio, ſi tutor vel curator nomine proprio ſe, & ſua bona obligavit, tunc enim tenetur de evictione. Ita probat textus *in lege, ſi is quem, C. de præd. & aliis rebus minor. ibi, pignora ſane, quæ ob evictionis periculum idem curator ex rebus propriis tibi obligavit, non prohiberis perſequi, & ibi gloſſa & Doctores, Boer. deciſ. 80. num. 6. ibi, & idem tenet, & c.* ubi idem probat in marito rem dotalem vendente, & evictionem ejus promittente, *ut voluit Cyn. quem ibi ſequitur Bartol. Bald. & Alber. in l. cum lex, ff. de fidejuſſ. & in l. 1. & 2. C. cred. evict. pign. non deb. & in l. procurator, qui pro evictione, ff. de procur. & ibi Bart. & Doctores,* & ibi dictum fuit per Arreſtum, *ſecundum Boer. in d. deciſ. 80. ad finem, & utrumq; ſequitur Baeca, d. c. 2. de decim. tutor. ſub num. 128.* & ſequitur hanc primam fallentiam plures referens Cavalcan. *de tutor. & curator. num. 172. verſ. ſecus, & Doctor Spino ubi ſupra, & Menoch. conſ. 58. num. 58. lib. 1.* 2

Secundo † fallit eadem concluſio, quando non erat neceſſaria venditio, ut puta, cum tutor ipſe vel curator rem minoris ſine neceſſitate vendiderit, & etiam ſine judicis decreto, ſine quibus ipſa venditio non valuit, tunc namque tenetur tutor vel curator ad reſtitutionem pretii, niſi quatenus doceat in utilitatem & commodum pupilli pretium converſum fuiſſe, *text. in leg. prædiorum, C. de præd. & aliis reb. minor.* ubi minor rem non rite alienatam à poſſeſſore rei vindicavit, nec reſtituit pretium, niſi pro ea parte, quæ in ſuam utilitatem converſam fuiſſe conſtiterit: quod, & probat cum aliis Rolandus à Valle *conſilio 60. numero 38. libro 4.* ubi ſe alio loco refert: Tutor ergo & curator tenebitur pro reliquo, quod eo caſu non fuerit converſum in utilitatem ſui minoris, *ut in terminis ex d. l. prædiorum, & ex l. 3. ff. quando ex fact. tutor. ex gloſſ. & Doctores in d. l. fin. ſi quis caut. tenet & probat Boerius d. deciſio. 80. num. 6. verſic. unde tenetur.* Quid autem in dubio, an tutor vel curator præſumatur nomine proprio actum facere, vel nomine officii, declaravimus late *ſupra cap. 10. per totum hujus ſecundæ partis.* 3

De tutore † autem illegitimo & falſo, qui non erat tutor, aut non fecerat inventarium, vel ſolemnia ad tutelam, vel de procuratore falſo, ſunt qui dicunt teneri ad intereſſe, & ſic de evictione, etiam quod pretium ſit verſum in utilitatem domini, nempe Joann. Andr. Socin. Cornel. & Benvenut. Strac. prout eos ad hoc refert Cavalcan. *de tutoribus, num. 127. ibi & cur. ſi autem loquimur,* qui tamen contra eos tenet, reſolvens in hac ſpecie, tutorem illegitimum & quemcunque alium, vendentem nomine alieno, non teneri de evictione emtori, ſi ſe aut bona ſua non obligaverit, cum nomine officii hoc fecerit & emtor ſciverit, bona vendere voluiſſe tutorio nomine, & ſic nomine alieno, ideo debebat perſcrutari, an eſſet tutor legitimus, & an poterat alienare dicto nomine, ſi non poterat, debebat facere ſeipſum ſibi obligari & bona ſua, alias dicitur eſſe in culpa, & non poteſt contra venditorem agere ad intereſſe, ut hoc ibi bene jure probat, id amplians, etiamſi iſte venditor pretium non convertiſſet in utilitatem domini, ſed in 4

uſum proprium, poſtquam emtor ab eo emit uti tutore vel adminiſtratore, & ſic ei ut alienæ perſonæ, adhibendo ei fidem, ſolvit pretium, tenebitur tamen hic venditor ſecundum ipſum Cavalcan. *ibidem num. 173.* ad reſtitutionem pretii, non vero ad intereſſe, quia res evincitur, non propter pretium vero domino non ſolutum, ſed propter ſolemnitatem non obſervatam & actum imperfectum, ac ratificationem non ſequutam, vel obligationem anteriorem: ſecus ſi ſolum propter converſum pretium in ejus uſum res imperfectè alienata evicta fuiſſet à vero domino, quia tunc ad intereſſe, damna & expenſas tenetur, & contra eum poſſet jurari in litem, ut ex aliis ipſe ibi probat, ſed & aliæ plures declarationes deduci poſſunt: Imo & caſus conſiderati in tutore & curatore vendente, quibus etiam teneatur vel non tenetur de evictione ultra ſupradictos ex reſolutione infra facienda in procuratore ad negotia, quando teneatur, vel non teneatur de evictione, quæ hic accommodari poterunt, ubi ratio diverſa non militaverit in uno, quam alio: Oportune igitur, & non abs re de procuratore ad negotia nunc agemus in hunc modum:

5 Hæc † quamvis ita ſe habeant in tutoribus & curatoribus ex neceſſitate ſuſcipientibus officium: in procuratore tamen ad negotia ſecus: hi namq;, quamvis procuratorio nomine vendat, tenetur de evictione finito officio, *ut probat textus, in l. ſervum Titii, 47. ff. mandat. ibi, & prout Titium, quamvis quaſi procurator vendidiſſet, obſtrictum emtori eſſe (ſcilicet de evictione, de qua ibi paulo ſuperius agitur)* & ibi notat ſigillatim gloſſ. verb. *emtori eſſe*: ubi ſecus dicit eſſe in tutore ea ratione, quia neceſſarium eſt illud officium: procuratoris autem ſpontaneum, *ut in lege tutoris, C. de negot. geſtis, & ibi Barto. & Doctores gloſſ. etiam in leg. procurator, qui pro evictione 67. verbo, non levabitur, ff. de procurat.* ubi eandem & aliam reddit rationem, ſcilicet, quia tutor publica auctoritate, id eſt, à lege ſuſcipit officium, procurator à privato, & illam gloſſam ſequuntur, ibi Bartol. Bald. Angel. & Paulus Caſtren. quos refert Boer. *deciſio. 80. numero 2.* & Bonifac. de Vital. *in clement. unic. numero 24. de offic. Vicar.*

6 Ita † etiam procurator nomine domini emens, tenetur ad pretium, *l. cum vendente, C. ubi cauſ. fiſcal.* Non enim eſt ibi illud ſpeciale in fiſco, quia idem locum habet quando cum privato procurator contrahit, *ſecundum Bald. Angel. & Salyc. ibi, quæſt. 4. & probat Boer. deciſ. 273. ſub num. 5. ibi, quinimo etiam procurator.*

7 Sed † contra ſupra dictam diſtinctionem, imo, quod etiã procurator ad negotia nomine procuratorio promittens non teneatur finito officio, videtur eſſe text. *in l. ſi pupilli, §. 1. ff. de negot. geſt.* ubi ſi procuratori tuo mutuam pecuniam dedero tui contemplatione, ut creditorem tuum vel pignus tuum liberet, adverſus negotiorum geſtorem habeo actionem, adverſus vero eum, cum quo contraxi nullam, ubi gloſſ. hoc verbo inquit, *quia nolui eum mihi obligari.*

Eſt etiam alius text. clarus contra ſupradictam diſtinctionem quoad procuratorem ad negotia, nempe *l. fin. ff. de inſtitut. actione,* cujus verba ſunt hæc, *Lucius Titius menſæ numerariæ, quam exercebat habuit liberum præpoſitum: is Caio Seio hæc cavit in verba. Octa. Terminalis rem agens Octavii Fœlicis Domitio Fœlici ſalutem: habes penes menſam patroni mei denarios mille, quos denarios vobis numerare debeo, pridie Calendas Maias. Quæſitum eſt, Lucio Titio defuncto ſine herede, bonis ejus venditis, an ex hac Epiſtola jure conveniri Terminalis poſſit?* Reſpondi nec jure his verbis obligatum, nec æquitatem conveniendi eum ſupereſſe, cum id ex inſtitoris officio ad fidẽ menſæ præſtanda ſcripſiſſet, cui conſonat, *l. 7. tit. 1. part. 5.* dicens,

8 *Cambiador † o mercador que tuvieſſe tienda de pannos, o de algũ otro meneſter, ſi encomẽdaſſe aquella tienda a otro que no eſtuvieſſe en ſu poder: e dexãdolo, y como en ſu lugar: ſi eſte a tal tomare algun empreſtado por mandado del otro que le dexa, o ſin ſu mandado, y lo mete in pro de aquel que lo toma dexa tal praſtito como eſte, no eſte nudo de lo pagar eſte que lo toma, mas aquel en cuyo logar eſtava: pero ſi non ſo tomaſſe por ſu mandado: ni r lo metieſſe en ſu pro, eſtonce es tenudo de lo pagar aquel que lo tomo:* quæ l. ſecundum Greg. Lop. ibi in gloſſ. *eſte que lo tama,* eſt intelligenda juxta *d. l. fin.* nempe finito officio: eo namque durante conveniri poſſet dictus inſtitor, & quod ita intelligatur *l. 1. §. eſt autem, ff. de inſtit. act.*

Sed & eſt multum notanda eadem l. Regia in eo, quod vult, ut inſtitor non ſolum, quando habuit mandatum ad recipiendas pecunias mutuas, non tenetur, verumetiam quando non habuit ad hoc mandatum, ſi tamen mutuum in utilitatem domini convertit, *ſecundum Gregor. Lopez, ubi ſupra.* dicentem, hoc eſſe ſingulare, & ſe non meminiſſe alibi legiſſe.

Sed & procedit eadem lex Regia, etiamſi de receptione mutui non conſtaret, niſi per confeſſionem inſtitoris: tenebitur namque tunc licet habuerit mandatum, *ita Ang. & Socin. quos refert & ſequitur Greg. Lop. ubi ſupra, juxta finem gl.*

Limitatur tamen, & non procedit diſpoſitio *d. l. fin. ff. de inſt. act. & d. l. Reg. 7.* ut non procedat, quando inſtitor ſpecialiter ſe obligavit ſeu fidem ſuam aſtrinxit, *ut in l. in eum, §. tabernæ, ff. de inſt. act. & cum Soci. proba. Greg. Lop. ubi ſupra. d. fin. gl.*

Supereſt igitur, ex ſupradictis, ut ita & eodem modo videatur dicendum, procuratorem ad negotia promittentem, vel vendentem procuratorio nomine, finito officio non teneri de evictione, quemadmodum neq; tutor vel curator aliuſve adminiſtrator neceſſarius aut inſtitor non tenetur, & ſic contra prædictam diſtinctionem gl. & communem, præterquam ſi fidem ſuam procurator aſtrinxiſſet vel ſe proprio nomine obligaſſet, ut eſt expreſſum *in d. l. procurator qui pro evictione,* & in terminis ex *d. l. fin.* ita tenet Jacob de Aret. *in l. poſt mortem, §. tutor, ff. quand. ex fact. tut. prout refert, Cyn. in l. ei. qui ſervo verſic. ult. quæro, C. quod cum eo. Corneus conſil. 6. per totum, vol. 2. quos & Jacob Butric. idem tenent, ad hoc refert Boer. d. deciſ. 273. ſub num. 5. ibi, quamvis Jacob.* dicentes: quod diſtinctio prædictarum gloſſarum procedit, quando procurator ſimpliciter promiſit non exprimendo, utrum procuratorio nomine, vel ſuo: Sed hoc caſu contrarium probat *d. l. ſervum Titii. ff. mandat.* imo quod tunc procurator non teneatur. Quid igitur erit tenendum in hac antinomia jurium & Doctorum contradictione.

Profecto viam veritatis in re hac mihi aperuiſſe videtur acutiſſimi, nec non & clariſſimi ingenii vir, Bartholomæus Socin. Senenſ. *conſil. 154. per totum vol. 2.* qui per ordinem diſtinguit, & decidit caſus, atque præfata jura conciliat, quare eum in omnibus prope ſequi intendo, & ad eum ſe refert Boerius *d. deciſ. 80. num. 2. deciſ. 273. ſub num. 5.* & Gregor. Lopez *in d. l. 7. tit. 1. part. 5. gloſſ. eſte que lo toma.*

Obſervandum † igitur eſt, ut certa ab incertis ſeparemus. Quod ſi conſtat, quod procurator ſeu alius adminiſtrator voluntarius voluit ſolum dominum obligare, ſolum dominus obligatur: ſi vero quod ſe ſolum voluit obligare, ipſe ſolus tenetur: ſi quod utrumq; voluit obligare, ambo ſunt obligati: quoniam contractus ex conventione legem accipiunt, *l. legem. C. de pact. l. contractus, ff. de reg. jur. l. 1. §. ſi conveniat, ff. depoſit. cum ſim.* Ita concludunt Bart. & alii *in l. procurator qui pro evictione, ff. de procurat. gloſ. Bart. Angel. & omnes in d. l. ſi pupilli, §. 1. ff. de negotiis geſt. ſecundum Soc. ubi ſupra, ſtatim in princ. ante num. 1. Boer. d. deciſ. 273. ſub. num. 5. verſ. quid dicendum:* eſtq; clarum atq; ſine difficultate procedit. 9

Si vero non conſtat, quem voluerit procurator obligare, ſe aut dominum, vel an utrumque, diſtinguendi ſunt primum caſus indubitabiles, quando procurator finito officio non tenetur, ſed tantum dominus: & poſtea alii caſus, in quibus ipſe procurator tenetur, & videtur fidem ſuam adſtrinxiſſe, ex quo videtur velle ſe obligare, licet procuratorio nomine contraxerit.

Caſus indubitabiles, in quibus procurator finito officio non tenetur.

10 PRIMUS caſus eſt, † quando procurator contrahit procuratorio nomine, & nihil procuratori acquiritur, tunc namque ſolus dominus tenetur finito officio. Ita poteſt procedere text. *in d. l. fin. ff. de inſtit. act.* (*& d. l. 7. tit. 1. part. 5.*) per quem ita concludunt atque reſolvunt Bartol. Bald. & communiter alii Doctores *in d. l. procurator, Bald. & Salycet. in l. ei, qui C. quod cum eo, Iac. Butric. Iacob. de Aren. & Angel. in d. l. ſi pupilli, §. 1. teſte Soc. ubi ſupr. num. 1. & Boer. d. num. 5.*

11 Secundus † caſus eſt, quando procuratores ſimpliciter aliquid confitentur, nec ad aliquid ſe obligant: tunc namque dominus ſolus tenetur, & non procurator. Ita poteſt etiam intelligi text. *in d. l. fin. prout etiam intelligit, Bartol. in l. 1. ff. de inſtit. ita etiam concludunt Bald. & Angel. Guilielm. de Cugn. & Paul. de Caſtro, quos refert & ſequitur Socin. ubi ſupra, num. 2.* dicens quod hic eſt etiam caſus clarus.

12 Tertius caſus eſt, † quando contractus geſtus eſt domini contemplatione: quia tunc etiam tenetur ſolus dominus & non procurator. Ita videtur eſſe caſus, (ſecundum unum intellectum, *in dict. l. ſi pupilli, §. 1. ibi, tui contemplatione, & tenet ibi, gloſſ. quam ſequitur, ibi Angel.* & probat atque declarat cum Joann. de Monteſperel. *Socin. ubi ſupr. num. 3.*

13 Quartus caſus eſt, † quando explicatur actus, qui ſoli domino convenit & non procuratori, prout eſt in judiciis, in quibus ſolus dominus tenetur, *l. Plautius, 6. §. 1. ff. de procurat.* Ita concludunt Bald. Angel. & Joan. de Monteſperel. *in dicta l. procurator, & in d. l. ſi pupilli, §. 1.* ſequitur Socin. *ubi ſupra, num. 4.* Idem concludens, quando actus reſpicere poteſt utrumque, ſcilicet dominum, & procuratorem, & ipſe contrahit procuratorio nomine: nam obligatur ſolum dominus, *juxta notata per gloſſ. in l. quicunq. ff. de procurat.* & probatur, *in l. final. ff. de inſtit. & act. tenent Angel. & Joann. de Monteſperel. in dict. leg. procurator.*

14 Hic tamen † quartus caſus principalis limitatur, ut non procedat, quando procurator eſſet datus in rem ſuam, aut obtuliſſet ſe, cum ſciret, cautum non eſſe, vel ſi defenſoris loco cum ſatiſdatione ſe liti obtulerit. In his namque caſibus ſingulis procurator conveniri poteſt, & debet, *ut in l. Plautius, ff. de procurat. & concordat l. fin. tit. 5. part. 3.* ubi Gregor. Lopez *in gloſſ. que ſe deve cumplir*, inquit illam l. Regiam poſſe limitari per *d. l. Plautius*, hoc eſt, niſi in procuratore in rem ſuam, vel quando procurator mentitus eſt, aſſerens ſe habere mandatum cum non haberet: tenetur enim, qui ſe aſſerit procuratorem, hoc oſtendere, *ut notat Bart. per illum text.* quem ad hoc dicit ſe millies allegare *in l. 1. C. cred. evict. pign. non deb.*

15 Procurator † ergo inquit Gregor. ſive contrahat ſive compareat in judicio, tenetur ſe oſtendere procuratorem, alias tenetur parti ad intereſſe, *ut etiam tradit Angel. ibidem, & Jaſ. cum aliis in l. civitas, num. 16. ff. ſi cert. peta.* vel ſi mentitus eſt, præſtitam eſſe ſatiſdationem de ſolvendo, cum non eſſet: nam tunc in perſonam procuratoris fiet exſequutio. *ſecundum Gregor. Lopez, ubi ſupra, in fin. d. gloſſ.*

16 Quintus † caſus principalis eſt, quando procurator ſimpliciter accepit rem mutuo procuratorio nomine, & ſic in aliis contractibus, qui re contrahuntur. Nam tunc dominium acquiritur domino & ſibi, hoc eſt, procuratori nihil quæritur, *l. 1. C. per quas perſon. nob. acqu.* & ideo procurator non tenetur, *ut in dict. l. ſi pupilli, §. 1.* quam ita intelligunt Bart. & Ang. ibi, Bald. & Salyc. *in d. l. ei, qui, C. quod cum eo, ita Socin. ubi ſupra, num. 5.*

Caſus in quibus procurator tenetur, licet procuratorio nomine contraxerit.

17 PRIMUS caſus eſt, † quando expreſſe fidem ſuam aſtrinxit, tunc namque ipſe tenetur procurator etiam finito officio, ut eſt caſus ſecundum Angel. *in d. l. procurator, qui pro evictione, ff. de proc. ibi, fidem ſuam aſtrinxit, & ibi, qui pro domino vinculum obligationis ſuſcepit*, & eſt communis omnium in dictis locis *ſecundum Socin. dict. conſil. 154. num. 6.*

18 Secundus caſus eſt, † quando contrahit procuratorio nomine, ſed ad obſervantiam obligat ſe proprio nomine tunc namque tenetur: quia videtur, fidem aſtrinxiſſe, & ita poteſt intelligi, *d. l. procurator, ſecund. Iacob. de Aret. Iacob. Butric. Angel. & Franciſcum de Albergot. ibi, Bart. & Bald. & communiter Dd. teſte Socin. ubi ſupr. num. 7. & Boer. d. deciſ. 273. ſub num. 5. verſic. quia procurator*, ubi loquitur non tantum in procuratore, ſed etiam in tutore & curatore promittente nomine proprio tantum, & ſic ultra nomen officii, quia tunc ipſe indubitanter perpetuo tenetur: quia egreſſus eſt naturam officii, *ut in d. l. procurator, & d. l. ſervum Titii*, & ſic habent locum jura pro prima parte à nobis allegata, & pro ſecunda, ab ipſo citata. Idem tenet Abb. *conſ. 16. ad claram deciſ. in princ.* ubi allegat gl. *c. ſicut 46. diſtinctione.*

19 Tertius caſus eſt, † quando fecit ſe procuratorem in eo, quod non erat, tunc etiam videtur fidem ſuam aſtringere, *ſecundum gloſſam, & Bart. in d. l. procurator, ſequuntur Bald. & Angel. & moderni: Bald. in d. l. fin. ff. de inſtitor. quos ad hoc refert & ſequitur Socin. ubi ſupra, n. 8.* de quo ſupra latius egimus in limitatione quarti caſus prioris.

20 Quartus caſus eſt, † quando procurator obligavit ſe & ſuos heredes & bona. Nam ex quo heredum mentionem fecit, excedit notiſſimos terminos officii, *l. cujus bonis, §. 1. ff. de cur. furioſ.* Ita concludunt Jac. de Aren. Bald. & Salycet. *in d. l. ei, qui, ſupra allegata*, & Socin. *ubi ſupra, numero 9.*

21 Quintus caſus eſt, † quando procuratoris contemplatione celebratus eſt contractus, *ſecundum gl. Bald. & Dd. in d. l. ſi pupilli, §. 1. ff. de negot. geſt. & eſt text. ibi Cyn. & alii in d. l. ei, qui*, & idem quando contemplatione utriuſque *ſecund. gl. & Doct. in d. §. 1. Socin. ubi ſupr. n. 10.*

22 Sextus caſus eſt, † quando nulla ſit mentio officii, & contrahit, & tunc diſtinguitur, an ſuper re domini, & videtur contrahere procuratorio nomine domini, & ſic dominum ſolum obligare: ſecus ſi ſuper negotio ad ſe pertinente: quia tunc ſe ſolum, vel ad utrumque, quo caſu etiam dominum videtur obligare voluiſſe, *ſecundum Iacob. Butric. Bart. Bal. Ang. & Doctores in d. l. procurator, Bart. & Bald. in d. l. ſi pupilli, §. 1. teſte Socin. d. conſ. 154. num. 11. volum. 2.*

23 Septimus caſus eſt, † quando ex contractu geſto per procuratorem procuratorio nomine aliquid procuratori acquiritur, puta actio directa vel pretium rei venditæ ab eo, quia tunc ipſe de evictione obligatur & cenſetur fidem ſuam aſtringere. Caſus eſt *in d. l. ſervum Titii ff. mandat.* juxta intellectum Bartol. Franc. de Alvergo, & Joann. de Monteſperell. *in d. l. procurator, ad idem, l. ſolutum, §. pro libera, ff. de pign. act.* ac per quam declaratur *dict. l. procurat. ſecundum Bartol. ibidem tenet Salycet. in d. l. ei. qui, & Paul. de Caſt. in d. l. final. ff. de inſtitor. & Socin. eos referens, ubi ſupra, num. 12.*

24 Octavus caſus eſt, † ut quamvis ſupra in ſecundo caſu primi membri dixerimus, procuratores aliquid ſimpliciter in literis confitentes, nec ad aliquid ſe obligantes, non teneri, ſed dominum ſolum obligari, & ita poſſe intelligi *d. l. fin. ff. de inſtit.* hoc tamen intelligendum eſt, niſi in dictis literis inſtitores aſſererent menſam debitricem ex eo, quod confiteantur ſe pecuniam recepiſſe, nam tunc licet, ut inſtitores receperint, ex quo aliquid quæſitum eſt, eis ita ſcribendo fidem ſuam aſtrinxiſſe videntur, & ideo conveniri poſſunt procuratoris exemplo per notata *in d. l. procurator*: Ita ad literam dicit Angel. *in l. 4. in principio, ff. de re judicat.* dicens ita fuiſſe judicatum Florentiæ, reſolvens idem dicendum eſſe ex præmiſſis in procuratore, qui fatetur dominum debitorem ex eo, quod fateatur ſe pecunias recepiſſe, *ſequitur Joann. de Imol. in l. eandem, ff. de duobus reis, & ſequi videtur Socin. ubi ſupra, num. 13.* Mihi autem hæc deciſio aut caſus non conſtat, imo dubito de ejus veritate, & ideo eum non probo ex text. *in dicta l. ſi pupilli, §. 1. ff. de negotiis geſt.* cui non bene reſpondet Socin. *ubi ſupra.* Ibi enim contra procuratorem pecuniam mutuo mandato alterius recipientem nulla competit actio, ſed tantum contra mandantem. Ergo, nec contra inſtitorem recipientem pecunias ratione officii. Nec ipſe inter hos duos caſus ullam concludentem invenio rationem differentiæ: non enim ex receptione ſolum pecuniæ, nomine & mandato alterius, videtur fidem ſuam procurator aut inſtitor aſtrinxiſſe. Teneo igitur in hac ſpecie, & octavo caſu, procuratorem vel inſtitorem minime obligari ex ſola receptionis pecuniæ confeſſione niſi alia ratione oſtendatur, obligatum eſſe, dummodo doceat pecunias à ſe receptas, in utilitatem domini, vel menſæ convertiſſe. Et hac ratione forſan Socin. *ubi ſupra, numero 16. verſiculo, quos tamen caſus*, inquit, quod pro nunc non eos omnes præciſe affirmat, ſed illos conſideravit ad clariorem deciſionem illius conſultationis.

25 Nonus caſus eſt, † quando procurator procuratorio nomine actum gerit, qui convenit ſoli procuratori, & ipſum tantum reſpicit: tunc namque videtur fidem ſuam aſtrinxiſſe prout eſt promiſſio rati, & iudicatum ſolvendi, & ſic procurator tenetur, *leg. ſi procurator meus, §. finali, & leg. ſed hæc, §. prætor, ff. de procurator. ſecundum Baldum, & alios quos refert & ſequitur Socin. ubi ſupra, numero 15.*

26 Decimum † & ultimum caſum conſiderat Socinus *ubi ſupra, num. 16.* quando mutuans pecuniam procuratori non ſolum numeravit, per quam numerationem dominum obligat, ſed ultra proceſſit ſtipulando à procuratore procuratorio nomine, quia tunc obligatur etiam procurator, per textum, qui hoc videtur probare *in dicta lege ſi pupilli, §. 1. in ſecunda parte, ff. de negot. geſt.* quem ibi ita intelligit Angel. dupliciter inducens. Primo, dum dicit à procuratore tuo ſtipulatus fuero, quia non dicetur quis ſtipulatus à procuratore, niſi procuratorio nomine ſtipulatus eſſet. *lege ſi reus, & ibi Angel. ff. de procurat.* & tandem dicitur, quod procurator obligatur. Secundo, quia dicitur, quod talis ſtipulatio poſt numerationem fuit ex abundanti cautela appoſita: ex quo datur intelligi, quod mutuans non ſtetit contentus, quod dominus eſſet obligatus, ſed voluit etiam procuratorem obligatum, licet contraheret procuratorio nomine.

Hæc tamen opinio falſa mihi prorſus videtur, ac proinde non tenenda. Primo, quia ſtipulatio ſubſequens à procuratore, procuratorio nomine deducta, nullam inducere poteſt in ejus perſonam obligationem, cum fuerit interpoſita procuratorio tantum nomine: quia actus agentium non debet ultra eorum intentionem operari, *l. non omnis, ff. ſi cert. pet. ubi DD.* ſed hic procurator promiſit per ſtipulationem procuratorio nomine tantum, non vero proprio, nec ullo pacto fidem ſuam aſtrinxit; ergo ipſe non tenetur. Præterea, obligatio contrahi non poteſt ſine conſenſu, *textus in principio Inſtitut. de oblig. quæ ex conſenſu, &c. cum ſimilibus.* Conſtare enim debet quod quis ſe voluerit obligare ad hoc, ut obligatus remaneat, *l. 2. tit. 16. lib. 5. novæ collect. Reg.* Sed in ſpecie præmiſſa procurator promittens nomine domini, tantum intendit obligare dominum, non vero ſeipſum. Ergo ipſemet non remanet obligatus: deinde non debet eſſe fortior obligatio procuratorio nomine facta, quàm vera numeratio & receptio pecuniarum præcedens. Utraque namque nomine domini fit: Ergo ſicut numeratio præcedens procuratorem non obligat, *ut in d. l. ſi pupilli, §. 1. in 1. reſp.* Ita neque etiam obligatio procuratorio nomine facta & accepta eum obligare debet, nec etiam utrumque ſimul junctim: quia deficit animus ſe proprium obligandi: Accedat etiam, quia hic procurator contrahit procuratorio nomine, & contemplatione ipſius domini, nihilque hujuſmodi procuratori acquiritur, ſed ipſi domino totum. Ergo procurator non tenetur, niſi fidem ſuam aſtrinxerit, juxta caſus primæ partis.

27 Supereſt, † ut reſpondeamus textui, cui innititur Angel. ad tenendum contrarium, nempe *in d. l. ſi pupilli, §. 1. in 2. reſponſ.* Ibi dum dicit, à procuratore tuo ſtipulatus fuero. Ex hoc namque, *ut inquit Angelus*, videtur procuratorio nomine ſtipulatus, ſed negamus quidem hoc ita eſſe, neque text. *in dicta leg. ſi reus, ff. de procurat.* probat, non dici quem ſtipulatum à procuratore alterius, niſi procuratorio nomine ſtipulatus eſſet: quis enim prohibet ſtipulari à procuratore alterius nomine proprio? Nonne videmus hoc ita fieri *in dicta l. procurator, qui pro evictione, ff. de procur.* ubi procurator, qui pro evictione prædiorum, quæ vendidit, fidem ſuam aſtrinxit, obligationiſq; pro domino vinculum ſuſcepit, ipſemet tenetur, & onus ejus fruſtra recuſat. Quæro ergo quomodo illo jure procurator fidem aſtrinxit, nec vinculum obligationis pro domino ſuſcepit, niſi per ſtipulationem: Obligatio igitur ſive promiſſio procuratoris ſimplex, aut procuratorio nomine facta, non obligat ipſum, niſi fidem ſuam aſtrinxerit, vinculumve obligationis pro domino ſuſceperit. Et multo minus, quando ſtipulatio accepta eſt procuratorio nomine. Quo fit quod minime in hac ſpecie poſſit nec debeat intelligi text. *in dict. l. ſi pupilli, § 1. in 2. reſponſ.* ſcilicet, quando à procuratore ſtipulatio accepta eſt procuratorio nomine: ſiquidem tunc nihil auditur, quod perſonam procuratoris obliget, ſed domini: Intelligi igitur debet text. ille de obligatione, & ſtipulatione accepta perſonæ propriæ procuratoris, aſtringentis ſuam fidem vel vinculum obligationis ſuſcipientis in ſe pro domino, & ſic quando nomine proprio procurator promiſit juxta diſpoſitionem *dict. l. procurator, qui pro evictione*, non vero procuratorio nomine tantum: quia tunc impoſſibile eſt, eum finito officio teneri, cum ſe minime proprio nomine voluerit obligari: Imo iniquum, & ineptum eſſet dicere, ipſum ex hoc præter mentem, & voluntatem ſuam, imo vero contra ipſam manere obligatum: Nec dicendum eſt ullo modo hoc ſenſiſſe Julianum Juriſconſultum *in dict. §. 1. in ejus ſecunda parte*, præcipue cum ibi principaliter de hoc non agitur, ſed an per ſtipulationem procuratoris ſuperadditam exſtinguatur negotiorum geſtorum actio contra dominum competens? Et inquit textus, adhuc ipſam ſupereſſe: quia ex abundanti hanc ſtipulationem interpoſuit. Præſupponendi igitur ſunt termini habiles, ſcilicet, quod procurator per ſtipulationem fidem ſuam aſtrinxit, vel obligationis vinculum pro domino ſuſcepit ad hoc, ut ipſe teneatur, juxta caſum *dicta l. procurator, qui pro evictione.*

Alias enim jure ipſe non tenetur contrahens procuratorio nomine, *ut ſupra probavimus*: Cum enim de uno quæritur, ad cetera præſupponitur habilis, *ut in cap. 1. de ætat. & qualitat. lib. 6. ibi, ſi aliud non obſtat canonicum.*

Secunda inductio Angeli ſupra relata, *d. l. ſi pupilli, §. 1.* nihil probat, quia licet id fateremur, intelligi tamen debet juxta ſupra modo dicta, nempe quod cum mutuans non ſtetit contentus, quod dominus eſſet ſolus obligatus, voluit etiam procuratorem obligari, non tamen jure obligatur procurator finito officio promittens, procuratorio nomine, ſed proprio. Ergo ſtipulatio ibi, non fuit interpoſita procuratorio nomine, neque hoc text. ille dicit, ſed eſt imaginatio Angel. & neceſſario ſecundum juris regulas intelligendum eſt, ut frugi ſit fuiſſe interpoſitam nomine proprio: Quod etiam ex eo maxime convincitur, quod, ut inquit text. *in dict. §. 1. in fine,* ex abundanti, id eſt, pro pleniori ſecuritate, & cautela mutuantis illa ſtipulatio fuit interpoſita, & ut ſibi melius eſſet conſultum. Si ergo ob hoc fuit interpoſita ſtipulatio, non debebat nec oportebat interponi nomine procuratorio, quia per hoc non magis conſulebatur mutuanti, ſed id ipſum, quod inerat exprimebatur. Ergo ut vere ex abundanti ſtipulatio interpoſita fuerit, & ſic verificetur ratio illius text. neceſſario præſupponere debemus, eam nomine proprio, non vero procuratorio interpoſitam fuiſſe: Quod veriſſimum eſſe cenſeo: & in terminis, uno verbo ita intelligit illum text. Boer. *d. deciſ. 273. num. 5, colum. penultima in illis verbis, & ex abundanti cautela, illam procuratoris ſtipulationem ſuo proprio nomine interpoſuit, ut dicit textus, in dict. leg. ſi pupilli, §. 1.*

28 Alius, † & undecimus caſus utiliter conſtitui poteſt, nempe quando curator, tam proprio, quam appellativo nomine (hoc eſt) curatorio promiſit, & tunc ſi quidem præceſſit in obligatione, nomen proprium, procul dubio curator ſuo quoque nomine tenetur, *ut tenet Bart. in l. cum poſt mortem, §. quidam cum eſſet, in princip. ff. de adminiſtr. tut. argumento l. ſi ſervus communis, ff. de ſtipul. ſervor. ibi, ſed cum ad nomina prius decurſum eſt.* & ſignanter, ſi in obligatione promiſit ſe ſoluturum, quia tunc ſecundum Bartolum habuit animum ſe in totum obligandi, & non pupillum, quamvis poſſit à pupillo repetere, *ſequitur Boer. d. deciſ. 273. num. 5. ibi, ſed promiſit nomine proprio, quam appellativo, &c.* loquens etiam in procuratore.

29 Si vero † præceſſit in obligatione nomen appellativum, & ſubſequitur proprium curatoris, etſi Bartol. ubi ſupra innuat, tunc procuratorem non teneri, & hoc in dubio, non vero, quando ſunt aliæ conjecturæ, ex quibus aliud præſumatur de intentione contrahentium: alias conſiderari non debet nomen appellativum *l. qui habebat ff. de reb. dub. & ibi Socin. in 2. notab. & Felin. in cap. mandata, verſic. in text. ibi, ſed perſonæ de præſumt.* nihilominus tamen in hac ſecunda ſpecie contrarium ex multis probat Boer. *d. deciſ. 173. poſt n. 6. in verſ. tamen hæc ratio.* Imo quod etiamſi præcedat nomen appellativum, & ſubſequatur proprium in obligatione procuratoris, adhuc ipſe procurator remaneat obligatus, quod verius eſſe videtur, ſi curator, vel procurator ſuam perſonam nomine proprio obligavit, licet præceſſerit appellativum: quia jam conſtat de intentione curatoris vel procuratoris, ſeipſum obligare volentis, ſive nomen proprium præcedat, ſive ſubſequatur: non enim in hoc facienda eſt aliqua vis, ſed in eo, quod fidem ſuam procurator aſtrinxerit, quod ſufficit, ut remaneat obligatus juxta d. *leg. procurator, qui pro evictione,* cui ſuffragantur alia plura fundamenta adducta in idem per Boerium *ubi ſupra,* quæ maxime hanc partem confirmant: & ſignanter dicit hoc procedere, quando procurator hic habebat mandatum ad contrahendum, cum certa perſona: quia tunc uterque tenetur, ſc. procurator ex contractu, & dominus mandati actione, *ſecund. gloſſ. Jacob. de Aret. & Doctores in d. l. ſi pupilli. §. 1. ff. de negot. geſt. Bald. in l. 1. §. eſt autem, verſic. nota argumentum, ff. de exerc. action.* Et hoc ſecund. ipſum Boer. poſt alios, quos citat, quando contractus fuit cum procuratore à domino abſente conſtituto celebratus: quia tunc tenetur: quia contrahentes habuerunt reſpectum ad procuratorem, cum quo contrahebant magis, quam ad dominum conſtituentem. Et tandem inquit, quod plures ex dominis de conſilio ita tenuerunt, & quod ſic concluſum fuit in cauſſa cujuſdam Toloſan. contra quendam magiſtrum domus quondam Archiepiſcopi de Fuxo, & latum arreſtum die ſeptimo Septembris, anni 1531.

30 Duodecimus, † & ultimus caſus conſiderari poteſt in ſpecie, in qua reſpondit in quæſtione de facto Paulus de Caſtro *in leg. 1. §. eſt autem per text. ibi, quem legit ſub §. exercitorem. num. 4. ff. de exercitor. action.* nempe quod cum quidam Hebræus, habitans Venetiis, deputaſſet quendam alium Hebræum in terra Peſari ad faciendum quoddam mutuum uſurarium, & ille præpoſitus recepiſſet plura pignora à quodam milite, poſtea remotus fuit ab officio, miles agebat contra eum pro ſuis pignoribus, & volebat ſolvere, ille dicebat ſe non teneri: quia contraxit tanquam factor alterius, & factoria erat finita: videtur namque hic caſus jam deciſus ſupra, nempe quod ille factor non eſſet obligatus ex *d. l. fin. ff. de inſtitut. actione, & l. 7. tit. 1. part. 5. & facit Angel. in l. tandem, ff. de duobus reis,* ubi dicit, quod factores moderni mercatorum, non tenentur ex contractibus, quos gerunt.

Nihilominus contrarium dicit Paul. de Caſt. ſe reſpondiſſe per illum text. ubi dicit, eſſe caſum, maxime poſtquam fuit præpoſitus ab abſente, quia contrahentes non habuerunt reſpectum ad eum, ſed ad præpoſitum, cum quo contrahebant: *argumento l. cum qui, C. ſi cert. pet.* neque obſtat, ſecundum eum dict. *l. fin.* quia, ibi non fuerunt verba obligativa, ſed denuntiativa, prout ibi etiam intelligit Bart. nec dictum Angel. *ubi ſupra,* quia poteſt procedere in factoribus, quia potius ſunt miniſtri, quam habeant adminiſtrationem, *ut ibi per eum.* Et hanc opinionem Pauli de Caſtr. ſequuntur Socin. *in d. l. conſil. 154. num. 17. vol. 2.* & Boer. in loco modo proxime relatus.

Ego autem in caſu promiſſo, ſalva pace tantorum patrum cenſeo, præd. præpoſitum non remanere obligatum, ſi probet pignora à ſe recepta domino, cujus vices gerebat, tradidiſſe: licet enim præpoſitus ille verba obligatoria protuliſſet nomine domini, non tamen ideo ipſe obligatur ex eo contractu, cum procuratorio tantum nomine id fecerit: Denique quia licet pignora acceperit, hoc nomine domini, & contemplatione ipſius, & ad ejus utilitatem actum eſt: ſicut videmus in pecuniis mutuo receptis à procuratore nomine domini, & ad ejus negotium & utilitatem: quia nihilominus nulla actio datur mutuanti contra procuratorem, niſi ipſe ſe proprio nomine obligaverit, *ut in dict. leg. ſi pupilli, § 1. ff. de negot. geſt.* Ergo nec hic factor aut præpoſitus, cum pignora mutui & uſurarum receperit nomine eum præponentis.

Tandem pro hac mea ſententia eſt optima, *l. regia 7. titul. 1. part. 5. jam ſupra relata,* cuius verba hic iterum ſunt memoriæ recolenda, ut conſtet præciſe noſtram ſententiam probare præcipue, ibi, *tal praſtito como eſte, no es tenudo de lo pagar eſte que lo toma, mas aquel en cuyo lugar eſtaua:* Facit namque pro hac parte ac multum ſtringit. Licet enim, ibi, eſſent verba enuntiativa, prolata tamen fuerunt principaliter ab inſtitore ad obligandum dominum: Quinimo etiam ſi eſſent verba obligatoria ab inſtitore ſimpliciter prolata: prout fuerunt, ut conſtat ibi, *quos denarios vobis numerare debeo, pridie Cal. Maias:* adhuc idem eſſet, quia nomine officii fuerint prolata, & ideo per eā inſtitor non ſe intendit obligare, ſed dominum, & ibi expreſſe probatur & dicitur, *denique abſentia domini ſola non obligat procuratorem, & contrahentes cum procuratore abſentis non debent habere reſpectum ad præpoſitum, ſed ad dominum eum præponentem ſiquidem eius nomine præpoſitus contrahit, & tanquam eius miniſter & vices gerens:* alias enim ſequeretur inde, ꝙ procurator abſentis contrahens eius nomine tantum teneretur ex ſua perſona: quod eſſet abſurdum: Præterea *l. eum qui, C. ſi cert. petat.* qua ſe fundat Paul. eius opin. non probat: quia loquitur, quando creditor mutuavit alicui pecunias, licet ad res alienas, non tamen contemplatione domini rerum, ſed ipſius recipientis, unde nimirum, ut recipiens obnoxius remaneat: quia principaliter fuit obligatus, ut inquit, *d. l. eum qui, in fine, ibi, principaliter obligatum:* At in ſpecie Paul. præpoſitus non ſe principaliter obligavit, ſed nomine domini, hoc eſt, ſub nomine officii, ut contingit *in dicta l. fin ff. de inſtit. actio.* deinde, *d. l. fin. & l. Regia ſupra citata,* pro concordantia indiſtincte loquuntur, in quocunque præpoſito præſentis vel abſentis, unde reſtringi non debet ad præpoſitos præſentium tantum, præmaxime, cum plerunque contingat conſtitui eos abſentibus in diverſis mundi partibus, & aliis qui abeſſe intendunt.

31 Duobus † tamen caſibus opinio Pauli de Caſtr. & ſequacium ſalvari poteſt. Primo, quando ille præpoſitus nondum pignora illius debitoris domino tradidiſſet, ſed penes ſe retineret, tunc enim ea reddere teneretur, ut probatur *in dicta lege partitæ ad finem,* & pecuniæ eo caſu deponi deberent penes fidam perſonam, ut domino redderentur, non vero ſolvi debent præpoſito iam remoto. Secundo, quando ipſe præpoſitus fidem ſuam aſtrinxiſſet in contractu, vel vinculum obligationis pro domino ſuſcepiſſet *iuxta. d. l. ſi procurator, qui pro evictione, ff. de procurat. & ſupr. late reſoluta.* Alias autem regulariter non puto veram reſponſionem, & opinionem Pauli, ſed potius contrariam, quam fundavimus, tex. autem in quo ſe fundat Paul. de Caſtr. nihil pro eo facere videtur, ſaltem concludenter.

SUMMARIA.

1 *Tutores & curatores tenentur tutelæ & curæ iudicio minoribus ſuis reſarcire, quicquid dolo, vel culpa eorum levi amiſerint, vel cum poſſent non acquiſierunt, de leviſſima tamen culpa non tenentur.*

2 *Dolus ſeu culpa in adminiſtrando non præſumitur, & allegans tenetur id probare.*

3 *Tutor vel curator an poſſit perſuadere alicui morienti, ut ſibi relinquat, quod pupillo ſuo relinquere volebat, ponitur reſol. bimembris, n. 4.*

4 *Maritus poteſt iudicium uxoris poſtremum maritali ſermone in ſe provocare, ſine vi & fraude, ſecus alias, nec ſuggerendo falſas cauſſas, ut in n. 5.*

6 *Impediens alterum à conſequutione legati, vel gratuitæ donationis, dolo, vi vel fraude, tenetur eidem ad reſtitutionem arbitrio boni viri, ſecus ſi abſque vi, aut dolo, aut fraude etiam odio, vel ut ſibi conſulat alterum ad mutationem voluntatis induxerit.*

7 *Inducente aliquo teſtatorem blandis verbis vel adulationibus, ut eum heredem inſtituat, cum tamen prius alium heredem inſtituiſſet, licet hoc ultimum teſtamentum validum ſit, primus tamen heres inſtitutus avocabit à ſecundo hereditatem per actionem de dolo, vel in factum.*

8 *Tutor licet in dubio teneatur utilitatem pupilli præferre ſuæ: ſecus eſt ubi conſtat, quod ſi faciat commodum pupilli, non poteſt facere ſuum.*

9 *Prælatus Eccleſiæ an poſſit perſuadere alicui morienti, ut ſibi relinquat, quod Eccleſiæ ſuæ relinquere volebat.*

10 *Teſtamentum factum ab adoleſcente in favorem tutoris vel curatoris an valeat, & num. 15. cum ſequentibus.*

11 *Donatio ab adoleſcente facta conſanguineo tutoris, filio forte aut filiæ, vel nepoti tutoris non valet.*

12 *Teſtamentum factum ab adulto in favorem tutoris vel curatoris, per impreſſionem factum eſſe cenſetur.*

13 *Alienatione prohibita per contractum inter vivos, non videtur prohibita per teſtamentum.*

14 *Mulier nupta poteſt teſtari ſine licentia viri.*

15 *Minor poteſt teſtari ſine licentia ſui curatoris etiam contradicente curatore.*

16 *Minor poteſt iubere in teſtamento quod res immobiles vendantur ſine auctoritate curatoris.*

17 *Reſtitutio in integrum peti non poteſt contra teſtamentum adulti, etiam ab heredibus ipſius, ut in n. 18.*

19 *Donatio cauſſa mortis facta à minore non valet: & ſi aliquo caſu valeret, poſſet revocari ab ipſo: & dato quod eſſet irrevocabilis, poſſet minor in integrum reſtitui adverſus eam.*

20 *Teſtamentum factum ab adoleſcente in favorem tutoris vel curatoris circumvento & inducto dolo ſui adminiſtratoris ad teſtandum, reſcinditur principis beneficio ad inſtantiam venientium ab inteſtato.*

21 *Præſumtio fortior vincit debiliorem.*

22 *Dictum Doctoris debet intelligi iuxta Cottam quam allegat.*

23 *Tutor legans aliquid pupillo creditori ex cauſſa tutelæ, non cenſetur hoc facere animo compenſandi, niſi contrarium caverit teſtator, ut in n. 24.*

CAPUT XIV.

De tutore perſuadente morienti, ut ſibi relinquat, quod pupillo relinquere volebat.

CUM tutor ſeu curator iure utilia facere, & inutilia prætermittere, *ut in l. fin. §. omnem, C. de adminiſtratione tutor. & diximus ſupr.*

1 Et † præterea quicquid tutoris dolo, vel lata culpa, aut levi, ſeu curatoris minores amiſerint, vel cum poſſint, non acquiſierint, veniat in tutelæ ſeu negotiorum geſtorum utile iudicium, *ut in l. quicquid, C. arbitr. tutel. cum ſimilib. & ibi notant. gl. Bald. Alberic. & Salycet. Faber & Angel. in §. ſuſpectus adverſus glo. in Inſtit. de ſuſpect. tut. Angel. in § actionum, num. 40. Inſtit. de act. Baec. de dicim. tut. cap. 2. n. 146.* quamvis ſecundum eum, *ibi, numero ſequenti poſt alios quos citat,* in negotio exigendi debitores pupilli ſolum teneatur de lata culpa, & utrumque cum aliis probat Anton Piag. *de tut. & curat. qu. 19. nu. 13.* ubi quod de leviſſima culpa nullatenus tenentur tutores vel curatores.

2 Dolus tamen, † vel culpa ſeu negligentia in adminiſtrando non præſumitur, & allegans tenetur id probare, prout alias eſt generale, *l. quoties, §. qui dolo, ff. de prob. Bartol. & recentiores in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſolut. matrim. l. non omnis, §. à Barbaris, ff. de re milit.* Congerit infinitos auctores hoc tenentes. Maſcar. *de probat. 1. tom. concluſ. 531. n. 1. cum ſequentibus præcipue. n. 9.* qui per totam concluſionem uſque ad finem congerit, 119. limitationes ad hanc regulam generalem, & in terminis adminiſtrationis tenet Bart. *in l. tutor, qui repertorium. §. qui poſt & in l. cum plures, §. fin. ff. de adminiſtrat. tut. Baeca d. c. 2. n. 148.*

3 Hinc † eſſe videtur, quod tutor vel curator non poſſit perſuadere alicui morienti, ut ſibi relinquat, ꝙ pupillo ſuo relinquere volebat, ut voluit gl. loquens in plato Eccleſiæ, & tutore *in ca. quicunque, 1. 2. quæſt. 4. verb. aut*

 negle-

neglectum: dicens habes hic, quod ſi prælatus aliquid negligit acquirere Eccleſiæ ſuæ, cum poſſet, & maluit ſibi acquirere, quod hoc imputetur ei, & de hoc teneatur adinſtar tutoris, *ut in dict. l. quicquid, C. arbitr. tut.* Nec enim præponere debet utilitatem ſuam utilitati Eccleſiæ, ſicut nec tutor utilitatem ſuam utilitati pupilli, *ut in l. tutor ſecundum dignitatem, §. 1. ff. de adminiſtr. tut. cum ſimil.* & in terminis tutoris hæc fuit opinio Martin. Syllania. quem referunt Alberic. & Salycet. *in d. l. quicquid*, eamque ſequitur & æquiorem appellat Barbat. *de præſtant. Cardinal. quæſt. 3. num. 30 in verſicu. ſed in veritate*, quos ad hoc refert Baeca, *d. capit. 2. nu. 129.* Imo in prædicta ſpecie tutor tenetur ad duplum, *Bartol. in l. Titio num. 5. ff. ad municip. ſequitur Ant. Piagius de tut. & curat. qu. fin. num. 31.*

Contrariam tamen ſententiam in terminis tutoris vel curatoris viſi ſunt probare Guilielm. *in d. l. quicquid, verbo, non acquiſierint*, dicens eſſe quæſtionem ſabbatinam: non enim contra ſuam utilitatem tenetur ei providere, *l. videamus, §. ſed nec tutorem, ff. de in lit. iurand. & glo. etiam fin. in l. pupillorum, C. de adminiſt. tut.* quamvis gl. hæc iuncta textui recte inſpecta, potius velit contrarium, & ſic priorem opinionem.

4 Sed in hoc articulo † vera reſolutio, & tenenda eſt licitum eſſe tutori, vel curatori blando ſermone inducere teſtatorem, ut ſibi relinquat, quod pupillo relinquere volebat, *argumen. l. fi. C. ſi quis aliq. teſt. prohib.* ubi dicitur, quod iudicium uxoris poſtremum in ſe provocare maritali ſermone, non eſt criminoſum, *& l. 27. tit. 1. p. 6. in verſic. E por ende mandamos*, iuncto ver. *empero ſi fuerca nin premia ninguna no le fizieſſe, mas rogandole por buenas palabras le adduxeſſe à que no fizieſſe teſtamento: eſtoce, non perderi lo que devia aver heredado de los bienes del, &c.* & ibi Greg. Lop. *in gloſſ. rogandole, verſic. ſed quid movet.* movet noſtram quæſtionem de tutore, & remittit lectorem ad videndum glo. *in l. Titio, verb. inciaiſſet. ff. ad municip.*

Secus vero erit, ſi dolo, vel fraude, mendaciove, tutor vel curator induxerit morientem ad relinquendum ſibi, quod pupillo relinquere volebat, quo caſu in legato marito ab uxore relicto, ob nimiam eius reverentiam, ſtante ſuper eius caput, & concurrentibus eius importunis precibus, & blanditiis in damnum, & præiudicium patris, quod non ſit validum, & ſic limitetur in hac ſpecie diſpoſitio *dict. l. fin. C. ſi quis ab aliquibus teſt. prohib.* probat bene Matth. de Afflict. *deciſ. Neap. 69. nu. 4. cum ſequentibus.*

5 Sic etiam † non procedet *d. l. final.* quando quis blanditur alii ad ſuum commodum tantum in perniciem alterius ſuggerendo falſas cauſſas teſtatori ad hoc, ut teſtator privet hereditate eum, cui illam volebat relinquere *l. non enim, ff. de inofficioſ. teſt.*

Impediens † enim alterum à conſequutione legati,
6 vel gratuitæ donationis dolo, vi, vel fraude, tenetur eidem ad reſtitutionem arbitrio boni viri, ſecus ſi abſque vi, aut dolo, & fraude etiam odio, vel, ut ſibi conſulat, alterum ad mutationem voluntatis induxerit, ut cum pluribus probavimus *l. 2. canon. quæſtionum, cap. 11. num. 83.* & tamen etiam Navarr. *in manual. capit. 17. num. 70. 72. & 73. & cap. 26. num. 3. & alios referens Anton. à Cordub. in ſua ſumma de caſos de conſciencia, quæſtio. 100. verſic. por que como.*

7 Idem † erit in caſu *dict. l. final.* ſi teſtator prius feciſſet teſtamentum, & alium inſtituiſſet heredem, quia tunc ſi quis blandis verbis, vel adulationibus induceret teſtatorem, ut eum heredem inſtitueret: licet enim hoc ultimum teſtamentum validum ſit, primus tamen heres inſtitutus revocabit à ſecundo hereditatem per actionem de dolo, vel in factum, *ſecundum Angel. in d. l. final. & in dict. l. non enim:* ubi quod ita fuit iudicatum Peruſii, dum ipſe eſſet vicarius Epiſcopi. Quidam enim in ſuo teſtamento inſtituerat prius heredes quoſdam religioſos, ſeu conventum, & quidam agnati ſibi tantum perſuaſerunt, dicendo, quod erat malè factum, inſtituere tales religioſos, quia talem hereditatem converterent ad malum & ita fecerunt, quod eos inſtitueret: fuit iudicatum, quod illi religioſi obtinerent ſucceſſionem, prout eum refert & ſequitur Palac. Rub. *in petitione rubricæ de donat. inter vir. & uxo. §. 81. num. 11.* dicens eſſe bene notandum. Quamvis contrarium velit gloſſ. cum qua tranſit ibi Cyn. *in dict. l. quicquid, C. arbitr. tutel.* ſed loquitur gloſſ. illa alio caſu, ut videmus, nempe in noſtra quæſtione princip. de qua ſupra, ſcilicet, antequam eſſet relictum legatum pupillo: & illam doctrinam Angeli ſequuntur alii relati per Bernhard. Diaz. *in addit. ad Palat. Rub. ubi ſupra, ſequitur etiam eam Gregor. Lopez in l. 2. tit. 8. part. 6. in gl. por ſalago.*

Et in terminis tutoris vel curatoris perſuadentis teſtatori, ut ſibi relinquat, quod pupillo relinquere volebat, præfatam diſtinctionem probarunt Cyn. Alber. & Salycet. *in dicta leg. quicquid, C. arbitr. tut.* ubi quod licet in dubio tutor teneatur utilitatem pupilli, præferre ſuæ, 8
ſecus vero eſt, † ubi conſtat, quod ſi facit commodum pupilli, non poteſt facere ſuum. Eandem diſtinctionem in tutore ſequitur, & probat Baeca, *dict. cap. 2. num. 119.* & bene Sylveſt. *in ſumma verb. clericus, quarta quæſtione 10. num. 6.* ubi citat Panormitan. idem tenentem: Et ampliat, ut procedat etiam in † prælato reſpectu Eccle- 9
ſiæ, quia non eſt ius quæſitum Eccleſiæ propter ſolam intentionem teſtatoris, nec prælatus tenebatur tunc procurare bonum Eccleſiæ, cum ſine peccato facere potuiſſet. Ergo potuit procurare ſuum, cum nulli faceret iniuriam: ſecus autem cum prælatus, vel clericus, ſuam utilitatem temporalem procuraret cum iactura Eccleſiæ; quo caſu propriè loquitur, *dict. capit. quicunque 12. quæſtione 4.* ſcilicet, quando clericus de rebus, vel augmentis Eccleſiæ auget propriam facultatem. Itaque ea, in quibus ius habet Eccleſia, ut deſerviant commoditatibus Eccleſiæ, convertit ad ſerviendum commoditatibus ſuis, ut ſi ex redditib. Eccleſiæ colat ſuas poſſeſſiones, Eccleſiaſticas relinquens incultas, *ita tenet Sylveſter ubi ſupra.* Eandem diſtinctionem ſequitur alios referens Cavalcan. *de tut. & curat. nu. 279. & ſequenti*, ubi in caſu ſecundi membri prædictæ diſtinctionis vult intelligere Bart. *in dicta lege Titio, num. 5. ff. ad municip.* ſimpliciter dicentem, tutorem non poſſe allicere teſtatorem ad ſibi relinquendum illud, quod ad pupillum ſpectabat & pertinebat; & puniri debere in duplũ, quod inquit Cavalcan. ſibi placere, & quod tenet verum, & ſapit æquitatem, quia fraus nemini debet patrocinari, *ut ibi per eum.*

Vltimo † ex ſupra dictis videtur dicendum, quod ita 10
etiam teſtamentum factum ab adoleſcente in favorem tutoris vel curatoris, non valeat, quia non libere videtur factum, *ut docet iuxta l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quamvis ſi alius non prohibitus fuiſſet inſtitutus, valeret, *per leg. qua ætate, ff. de teſta.* Ita Petrus Duenn. *in reg. 31. in 2. concluſione regulæ, limitatione 6.* quem refert, & ſequitur Cavalcan. *de tut. & curat. nu. 279. in princip. Caldas Pereyra in repet. l. ſi curatorem habens, ſuper verb. hunc contractũ ſervari non oportet, n. 27. C. de in integr. reſtit. min.* citans pro eadem opinione Rebuff. *2. tom. commenta. tit. de donat. & aliis diſpoſ. artic. 131. gloſſ. 3.* ubi idem dicit in donatione, & legatis, *& iterum ibi gloſſ. 5. & 6. fol. 360. & 361.*

Vbiq; † ſi donatio conſanguineo tutoris filio forte, 11
aut filiæ, aut nepti tutoris, facta fuiſſet, etiã non valebit, quia fieret fraus de perſona ad perſonam, *l. pupil. §. ſed ſi per interpoſitam, ff. de auct. tut.* Accedat altera ratio præcipua pro Petro Duennas, & ſequacibus, quod teſta- 12
mentum factum ab adulto in favorem tutoris, vel curatoris

ratoris per impreſſionem factum eſſe cenſetur, *leg. 1. ff. quar. rer. act. non detur.*

13 Sed † contra hanc obſervationem faciunt, alias tradita per Baec. *de non melior. ratione dot. filiabus, cap. 20. n. 5. cum ſequentibus, præcipue n. 9.* ubi quod iura loquentia de his, quæ fiunt in contractibus inter vivos, non ſunt admittenda in his, quæ fiunt in ultima voluntate, & in *n. 12.* ubi quod prohibita alienatione per contractum, non videtur prohibita per teſtamentum, *l. ex hoc edicto, §. alienare, ff. de aliena. iudicii mutand. cauſ. fact. leg. pater, §. fundum, ff. de leg. 3. Iaſ. late in l. ſi ita quis, §. ea. l. num. 46. ff. de verb. oblig. Caſtel. in l. 22. Tauri, in gl. emere vivos, Tiraq. de utroque retract. tit. 1. §. 26. gl. 1. n. 5.* Ergo videtur quod licet tutor vel curator ſit prohibitus contrahere cum ſuo minore, non tamen accipere eius hereditatem vel legatum per teſtamentum.

14 Secundo facit, † quia mulier nupta poteſt teſtari ſine licentia viri, etiam in favorem ipſius, licet non poſſit contrahere abſque eius licentia, *ut diximus in tractatu de iuramento confirmatorio, capite primo per totum*, quinimo maritus poteſt iudicium uxoris maritali ſermone in ſe provocare, *ut in dict. leg. final. C. ſi quis aliquem teſtar. prohib.*

15 Tertio † quia minor poteſt teſtari ſine licentia ſui curatoris, *iuxta gloſſ. in d. l. ſi curatorem habens, verb. abſimilis ibi, quia adultus teſtatur, C. de in integrum reſtitutione minorum, quam ultra Dd. ibi ſequitur Iaſ. in l. 2 n. 13. ff. de leg. 1*, ubi *n. 14.* quod etiam poteſt donare cauſſa mortis ſine auctoritate curatoris. *Idem Iaſ. in l. quæ dotis, nu. 38. ff. ſolut. matrim.* ubi, quod hoc procedit etiam contradicente curatore.

16 Et *num. 39.* † inquit, quod poteſt iubere in teſtamento, quod res immobiles vendantur ſine auctoritate curatoris. Et opinio illius gl. eſt communis, *teſte Anto. Gomez. in l. Taur. n. 5. & probatur in l. 13. tit. 1. part. 6.* quam ad hoc & plures Dd. allegat Caldas Pereyra ubi ſup. *in d. l. ſi curatorem habens, ſuper verb. hunc contractum ſervari non oportet, n. 20.*

17 Et contra † teſtamentum adulti non poteſt peti in integr. reſtitutio, *ut tradit allegans Rodericus Suarez allegatione 20. in principio*, & eſt communis opinio, ut plures allegans affirmat Meneſius *in lege ſi frater tuus, n. 1. C. de fideicommiſ.* cuius ratio eſt, quia poteſt ipſe adultus iure ordinario revocare ipſum teſtamentum: ergo ceſſat reſtitutio, quæ eſt remedium extraordinarium, *l. in cauſſæ, in principio, ff. de minor. ita Ludovicus Rom. in lege ſi frater, C. qui teſt. facere poſſ. quem refert & ſequitur Palat. Rubeus in lege quinta Tauri, ſub num. 17. & Pereyr. ubi ſupra, num. 24. verſicul. ſed an ſaltem*, ubi *in fin. d. num.* cum Capitio tenet.

18 Quod † neque heredibus eſſet hoc caſu ſuccurrendum, quia minori de facto erat neganda reſtitutio, ſed in donatione cauſſa mortis facta à minore, quod non valeat, & ſi aliquo caſu valeret, poſſit revocari ab ipſo, &
19 dato, quod eſſet irrevocabilis, † poſſet minor in integrũ reſtitui, contra eum probat late Rodericus Suarez *ubi ſupra, col. 3. ad finem, cum ſequentibus*, de qua re diſſerit latiſſime Caldas Pereyra *ubi ſupra, n. 2. cum ſequentibus*, ubi opinionem Roder. Suar. cum communi & magis recepta ſententia probat. Ergo validum erit teſtamentum ab adulto factum in favorem ſui curatoris.

Quarto & denique, quia ratio aſſignata per Petrum Duen. pro ſua opinione non videtur concludens, quando non conſtat de perſuaſione & impreſſione facta per eum ſuo minori, cum poſſet minor ſponte eum heredem inſtituiſſe.

Ego profecto dubium exiſtimo articulum hunc, ſed cum hactenus non invenerim iure prohibitum teſtari adultum in favorem ſui curatoris, cenſeo hoc eſſe regulariter permiſſum, quouſque aliud mihi iure expreſſum non conſtiterit. Quinimo ſi aliud diceremus, infringeretur ampla libertas ipſo iure omnibus conceſſa per *l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. cum ſimilibus.*

Fallit tamen, † quando minor dolo curatoris fuerit 20
circumventus & inductus ad teſtandum: tunc namque reſcinditur teſtamentum Principis beneficio ad inſtantiam venientium ab inteſtato, ut generaliter loquens in minore dolo inſtituti circumvento & inducto ad teſtandum, tenet etiam cum Baldo Palacius Rubeus, *ubi ſupra* Eſtque communis, ut plures allegans dicit Caldas *ubi ſupra, num. 27.* Et in hac ſpecie intelligendus eſt loqui Petrus Duennas *ubi ſupra*, dum loquitur ſimpliciter, quod teſtamentum factum ab adoleſcente in favorem tutoris vel curatoris non valeat: ſed mihi, quod prædixi verius videtur, nempe, ut valeat in dubio teſtamentum adulti factum in favorem ſui curatoris, ſicut valeret legatum eidem factum, niſi conſtet dolo curatoris fuiſſe circumventum & inductum ad teſtandum in ſui favorem: Neque obſtat auctoritas Petri Rebuff. ſupra in contrarium adducta, quoniam ipſe loquitur ſtante lege expreſſa ſui Regni, quam ibi gloſſa hoc nuncupatim prohibente, quod teſtamentum, ſcilicet factum ab adoleſcente, in quo ſit inſtitutus heres tutor vel curator, non valeat, quoad talis heredis inſtitutionem: tunc namq; cum lex expreſſe hoc decidat, merito ut non valeat, quod per impreſſionem, & metu factum cenſetur, ac proinde, nec donatio cauſſa mortis, vel legatum, ut conſtat ex ipſomet Rebuffo *ubi ſupra*, ſed cum nos non habeamus iure communi expreſſum, quod adultus non poſſit tutorem vel curatorem ſuum heredem inſtituere, nec etiam iure Regio, non videtur ob levem & incertam præſumtionem impreſſionis, & metus, revocari poſſe inſtitutionem heredis prædictam, cum potius pro valore teſtamenti in dubio pronuntiandum ſit, *leg. ſi pars, ff. de inofficioſ. teſtament. capit. final. de ſententia & re iud.* quia expedit reipublicæ ſuprema hominum iudicia exitum habere, *leg. vel negare ſupra, ff. quemadmodum teſta. aperian.* Et † hæc eſt fortior conſi- 21
deratio pro valore teſtamenti, quam præcedens præſumtio contraria, unde illam excludit *l. Divus, 8. ff. de reſtitutione in integrum, & ibi gloſſa. verbo exiſtimari. Bartol. & alii Thom. Grammat. voto crimin. 34. num. 18. & nos conſilio 35. num. 27.*

Denique pro hac parte me nimis movet, quod prædiximus, & uſu evenire quotidie videmus, uxorem poſſe maritum heredem inſtituere eique legata relinquere. Imo ipſe eam ad hoc faciendum poteſt blando ſermone inducere & provocare non obſtante præſumtione metus reverentialis in contrarium. Quare igitur valere non debet in dubio inſtitutio heredis tutoris vel curatoris facta à ſuo adoleſcente, licet ab eo id poſtulaſſet, blando tamen ſermone, non vero alias inductus, vel dolo perſuaſus.

Præterea ſi tutor vel curator poteſt inducere alium teſtatorem, ſine vi, dolo, fraude, vel metu, ut quod relicturus erat ſuo minori, ſibi relinquat, *ut ſupr. reſolvimus* quare valere non debet iudicium ultimum ipſius minoris in favorem tutoris vel curatoris, non extortum, ſed ſpontaneum, vel blando ſermone provocatum.

Tandem Caldas Pereyra *ubi ſupra*, qui opinionem Petri Duennas videtur ſequutus, citans ad idem Petrum Rebuffum non advertit ipſum Rebuffum motum fuiſſe lege Regia Galliæ expreſſe prohibente adultum, tutorem vel curatorem ſuum heredem inſtituere, ſed nec ipſe Petrus Duennas cum ſuam opinionem punctualiter deſumſerit à Rebuffo *d. gl. 6.* quamvis eum non citaverit, ut apud ipſum eſt videre.

Cum † igitur dictum doctoris debeat intelligi iuxta 22
quotã, q̃ allegat iuxta doctrinam Bart. cõiter recepti in lege

lege non ſolum,§ ſi liberationis verba,n.7.ff. de liber. legat. quam ſequitur, Beccius *conſilio.52.num.97. lib.1. Petrus Surd. plures allegans conſilio nono,num.50.& Rebuffus primus auctor*, à quo ceteri eam opinionem decerpſerunt, loquuntur ſtante l. expreſſa ſui regni hoc prohibente in aliis regnis, ubi ea lex non adſit, parum, aut nihil præſtabit præfata opinio: Ex his igitur ſublata videntur fundamenta, & auctoritas doctorum prioris partis, & noſtram ſententiam, quam ſupra fundavimus eſſe tenendam, nempe, ut tutor vel curator poſſit ab adulto ſuo heres inſtitui, & valeat eius inſtitutio, ſimiliter & legatū ei relinqui poſſit, neque ob id incidat in pœnam, *l.23.tit. 11.lib.5.novæ collect. Reg.* quæ adminiſtratorem à ſuo minore emere prohibet ſub pœna, de qua *in capit. ſequenti*, videbimus: niſi probetur fraude, vel dolo, aut vi tutoris vel curatoris, aut eius importunis precibus, quæ metui in iure æquiparantur minorem inductum fuiſſe ad inſtituendum tutorem vel curatorem heredem, vel ei aliquid relinquendum in teſtamento, quia tunc non valebit, *ut ſupra probavimus*. In terminis poſt hæc ſcripta inveni tenere contra Petrum Duenn. *ubi ſupra*, cum improbantem concivem noſtrum D. Azev. *in d. l.23. n. 14. cum pluribus ſeqq.*

23 Quod ſi † tutor leget vel relinquat aliquid pupillo creditori ex cauſſa tutelæ, non cenſetur hoc facere animo compenſandi, *ut probat Carolus Ruin. conſil. 92. numero quinto, cum ſequentibus, volumine quinto, & ante eum hoc idem voluit Angelus conſilio 277. in fine*, ubi dicit, ſecus eſſe, quando pupillus (intellige iam adultus) legat tutori, *& ſequitur Petrus Surdus conſilio 7. num. 64. libro primo.*

24 Quod † autem diximus de tutore legante pupillo creditori ex cauſſa tutelæ, ut non cenſeatur hoc feciſſe animo compenſandi, intellige, niſi contrarium caverit teſtator: tunc enim eius voluntas ſervanda erit, cum ea conditione adiecta legaverit, & non alias; *iuxta iura vulgaria.*

SUMMARIA.

1 *Tutores & curatores non poſſunt regulariter emere rem minorum ſuorum ex rationibus de quibus hic.*

2 *Quod procedit in quacunque ſpecie alienationis.*

3 *Pupillus cum auctoritate tutoris poteſt contrahere ſocietatem, etiam ſi tutor non loquatur, dummodo ipſe non ſit frater vel patruus pupilli.*

4 *Tutor non poteſt auctoritatem præſtare in actu, qui tendere poſſit principaliter in eius commodum.*

5 *Tutores & curatores palam & bona fide poſſunt emere rem minorum ſuorum, & non vitiatur contractus, hodie attento iure Regio, ſecus eſt, ut in num 9. unde non procedit in his regnis opinio Decii conſil. 410. n. 2. & ſequentibus. in n.10.*

6 *Tutor vel curator tunc dicetur palam, & bona fide contrahere, quando adhibito alterius contutoris conſenſu emit. Idem eſt quando tutor cum auctoritate iudicis contrahit, ut in n. 7. ſed verius eſt, ut tunc quoque iure communi attento requiratur interventus amicorum, ut in n.8.*

11 *L.4.tit.5.partit.5. an corrigatur per l. 23. tit. 11. lib.5. nov. collect. Reg. & n. ſeqq.*

12 *Legum antiquarum de abrogatione cum agitur, illud ſolet ſignificari verbis expreſſis, aut honorifica aliqua præfatione, & ubi lex Regia non exprimit, non eſt de eius intentione ius commune corrigere.*

13 *Tutor iure communi ſe auctorante poterat emere à pupillo maiore infante palam, & bona fide.*

14 *Duo caſus quando non ſunt æquiparati à iure communi per modum regulæ generalis & generaliter expreſſæ l. nova loquens in uno non habet locum in alio, præſertim, cum in caſu omiſſo ſit aliter proviſum.*

15 *L.23.tit.11.lib.5.nov. collect. Reg. & l.4.tit.5.part.5. concordia, & intellectus.*

16 *L.4.tit.5.partita 5. limitatur deficiente utilitate minoris: ſed hoc procedit interveniente quoque fraude, dolo vel machinatione adminiſtratoris præter læſionem, ut in num.17.*

18 *Tutor, curator vel alius adminiſtrator poteſt retrahere iure ſanguinis rem ſui patrimonii durante officio.*

19 *Tutor hodie attento iure Regio non poteſt emere rem pupilli, ſive palam, ſive bona fide, ſub pœna dicta leg. 23. tit. 11. lib. 5. nov. collect. Reg. præterquam ſi talis emtio fiat à tutore cum iudicis auctoritate & decreto, vel contutoris.*

20 *Tutor, qui iam adminiſtrationem bonorum pupilli depoſuit, licite rem pupilli, ut quilibet extraneus emere poteſt, ſi tamen rationem tutelæ reddiderit.*

21 *Minoris venditio iuramento firmata in favorem ſui tutoris vel curatoris valet.*

22 *Exſequutores teſtamentorum emere poſſunt palam, & bona fide auctoritate iudicis, vel coexſequutoris rem defunctorum.*

23 *Donatio facta à minore cum iuramento in favorem ſui curatoris vel adminiſtratoris, an valeat, & numeris ſequentibus.*

24 *Iuramentum, quotieſcunque ſervari poteſt, ſine interitu ſalutis æternæ, ſervandum eſt etiam, quando filia gratis renuntiat cum iuramento hereditati paternæ, & ſtante metu reverentiali patris.*

25 *Donatio iurata puberum, valet & tenet, ſed non in favorem ſui curatoris vel adminiſtratoris; ut in num. 26.*

27 *Minoris contractus, cum tutore vel curatore ſi ex eo minor lædatur eſt nullus propter dolum, & malam fidem tutoris ſeu curatoris.*

28 *Creditor compellitur relaxare iuramentum in ipſius favorem præſtitum; quando ex ſua parte turpitudinem continet.*

29 *Renuntiatio facta à minore hereditatis iam ſibi acquiſitæ multum differt à renuntiatione hereditatis acquirendæ.*

30 *Authenticæ ſacramenta puberum, C. ſi adverſ. vend. diſpoſitio non procedit, ubi intervenit dolus, ſive ex propoſito ſive re ipſa.*

CAPUT XV.

An tutores & curatores palam, & bona fide poſſint emere à ſuis minoribus.

Tutores † & curatores regulariter non poſſe emere 1
rem pupilli ſui, vel adulti, omnia iura proclamant, *l. ſi in emtione, §. fin. ff. de contrah. emtio. l. licet, ff. eod. titu.* nec per interpoſitam perſonam, *l. pupi. §. ſed per interpoſitam, ff. de auct. tut.* de qua re iure cōmuni late agunt Petrus Duennas *in regula 31. in 2. concluſione. & Cavalc. de tut. & curat. nu. 178. Petrus Surdus conſil. 9. n. 5. 6. 34. & & 35. lib. 1. Molin. Theolog. de iuſt. & iur. 2. tracta. diſputatione 224. col. 1384. cum ſequenti, & alii infra citandi:* & de iure Regio idem probat, *l. 4. titu. 5. part. 5. in verſicul. Pero dezimos, & l. 23. tit. 11. lib. quinto, novæ collect. Reg.* quæ lex loquitur. *Encabeçalero y guarda de huerfanos, o otro hombre, o muger que ſea. Y mãda que no pueda ni deva, cõpar ninguna coſa de ſus bienes de aquel o aquellas que adminiſtrare, y ſi la comprare publica o ſecretamente, pudiẽdo ſe provar la compra, no vala y ſea deshecha, y torne el quarto tanto de lo que valia que cõpro, y ſea para la camera de ſu Mag.* Cuius deciſionis quatuor rationes reddit Pet. Duenn. *reg. 31. in 2. concluſion. nu. 6.* quas refert & ſequitur Matienc. *in d. l. 23. gloſſ. 1. in princip.* & Pet. Surd. *dict. conſ. 9. n. 34.* & de his egimus in noſtro. *tract. de iuramen. confirmat. 1. part. c. 40. in principio*, & Didac. Perez. *in leg. unic. gloſſ. 1. in verſic. ratio huius ſtatuti, tit. 5. lib. 5. ordin. pag. 172. colum. 2.* Et procedit harum legum deciſio in alia quacunque alienationis ſpecie: Emtionis † namque
2 appellatione omnis contractus, per quem dominium transfertur, continetur, *text. in l. ſtatu liberi à ceteris, §. quintus, & ibi gl. ff. de ſtatu lib. Petr. Duenn. alios allegans in regula 239.* licet improprie, *ſecund. Padill. in l. voluntas, n. 8. C. de fideicommiſſ.* Et in terminis probat Azeved. *in d. l. 23. n. 12. cum ſequentib*, ubi etiam, quod per conſequens donatio cenſetur per illam l. Regiam prohibita, *ut per nos conſ. 14. n. 13. & 14. Duennas d. reg. 31. ampliat. 2. & 3. Paul. Caſtr. conſ. 352. n. 3. vol. 1. & Cald. Perey. in l. ſi curatorem, habens, in verb. hunc contractum ſervari non oportet, n. 27. C. de in integ. reſtit. min.* & etiam in ceſſione, cum vim donationis habeat, & in acceptilatione, & in donatione facta conſanguineo tutoris, vel famulo ipſius in compenſationem ſervitii à tutore impenſi ipſi pupillo, quia domino dare videtur, *ſecundum Rebuff. quem citat.* Et hoc, quia in donatione, & aliis contractibus eadem militat ratio prohibitionis, & in conductione bonorū minorum, eo quod ſit eadem ratio, *ut inquit Molina*
3 *Theolog. 2. part. de iuſtit. & iur. diſputatione 488. col. 1526. verſ. quæ de tutorib.* Hinc ſit, ut † quamvis ſocietas contrahi poſſit per pupillum cū auctoritate tutoris, *ſecund. Bald. in l. Patruus, n. 15. in fin. C. commun. utriuſque iudic.* ubi ſubdit, hoc caſu non eſſe neceſſarium, quod tutor loquatur in auctorizando, quia hic contractus ſocietatis conficitur per tacitum conſenſum, & per actus facti: ideo ſine tutoris loquela ſit, quamvis ſecus ſit in contractibus, qui verbis fiunt, *l. 2. §. voluntatem, ff. ſolut. matr. idem Bald. in tractatu de duobus fratribus, n. 17. & ſequuntur alii plures, quos congerit Petr. Surd. d. conſil. 9. num. 2. lib. 1.* Hoc tamen procedit, quando tutor pupilli eſt diſtinctus à perſona patris, vel fratris, qui cum pupillo contrahit, cum tutoris auctoritate, non autem, quando idem eſt † patruus, vel frater & tutor, quia hoc caſu non
4 poteſt tutor ſibi auctorare: non enim poteſt tutor regulariter auctoritatem præſtare in actu, qui tendere poſſit ad eius commodum principaliter, *l. 1. ff. de auct. tut. & in l. 1. §. fuit quæſitum, ff. ad Trebell. Bald. in l. cum ipſe, n. 1. verſic. aut à pupill. C. de contrah. emt. refert plures Petr. Surd. ubi ſup. n. 35.* Et in terminis ſocietatis ita tenet Roman. *conſil. 413. num. 15. Petrus de Vbald. de ſocietate, in 3. part. principal. col. 2. Dec. conſi. 21. colum. 1. ſequitur cum aliis Petrus Surdus dict. conſil. 9. nu. 38. adverſus Corneum, & Socin. conſil. 160. num. 15. volum. 2. quos retulerat Petrus Surd. conſilio 9. num. 9.* Secus tamen eſt, quando principaliter auctoratur in commodum minoris, licet acceſſorie, & comitanter per accidens inde ſequatur commodum tutoris: ut ſi debitor tutoris heredem reliquit minorem, poteſt tutor auctoritatem præſtare minori, ut adeat eam hereditatem, nihil impediente, quod ex ea aditione minor fiat debitor tutoris eius quantitatis, quam defunctus debebat tutori, *d. l. 1. ff. de auct. tut. & ibi gloſ. 2. cum ſua additione Dyni Barto. & Dd. Mol. Theolog. 3. par. de iuſt. & iur. diſputatione 620. colum. 341. ibi idem tradit Bart.*

Tutores tamen † & curatores, palam & bona fide re-
5 cte poſſunt emere rem minorum ſuorum, & non vitiatur contractus, *l. cum ipſe 5. C. de contrahen. emtio.* ubi inquit text. *cum ipſe tutor nihil ex bonis pupilli, quæ diſtrahi poſſunt comparare palam & bona fide prohibetur: multo magis uxor eius hoc facere poteſt:* & ibi notat gloſſ. fin. *verſicul. vel dic, quod palam poteſt, ut hic, clam non, &c. & ibi Cyn. & Barto. text. etiam in l. non exiſtimo, ff. de adminiſtrat. tut. tenet etiam gloſſ. in l. tut. rerum 57. ff. de adminiſtr. tut. gloſſ. verb. uſu capere, in l. pupillus, §. fin. ff. de adminiſtr. tut. & ibi Barto. idem Bart. in l. ſi emt. §. fin. ff. de contrah. emtio.* Et eſt recepta ſententia ex Alex. *in d. l. 1. §. fuit quæſitum, n. 2. ff. ad Trebell. & in l. ſingularia, nu. 4. ff. ſi cert. petat. Corneus conſi. 1. num. 15. volum. 1. Socinus conſilio 87. num. 5. volum. 1. Dec. conſi. 441. num. 6.* eſt communis ſententia, *ut ex Rebuff. refert Cald. Pereyr. in tractat. de reſtitutione in integrum, 2. part. pag. 1163. p. 13. & plures allegans idem tenet Petrus Surd. d. conſi. 9. num. 7. volum. 1. & in tracta. de aliment. tit. 8. privileg. 37. num. 9. fol. 294. & D. Spino in ſuo Specul. teſtament. gloſſ. 29. nu. 59. Padill. in l. tranſactionem, n. 7. in princip. C. de tranſaction. communis ſecund. Azeved. in d. l. 23. num. 3. ſequitur Menoch. alios allegans de arbitrar. iudic. libro ſecundo, centuria quinta, caſu 459.*

Tunc † autem tutor vel curator, dicetur palam & bo- 6
na fide contraxiſſe. Primo quando adhibito alterius contutoris conſenſu emit, *ut in d. l. non exiſtimo, ff. de adminiſtr. tut.* qua ſic declaratur, *d. l. cum ipſe*, ut ibidem explicant Accurſ. Bald. & alii allegati à Rip. *in dict. l. 1. §. fuit quæſitum, n. 7. in fin. ff. ad Treb. Socin. Sen. conſil. 80. n. 16. lib. 4. Ruin. conſ. 142. n. 9. lib. 1. Ioan. Corraſ. lib. 6. Miſc. cap. 14. num. 5.* & hos referens Menoch. *de arbitr. iudi. lib. 2. centuria 5. caſu 459. ſub n. 9. & Cald. Pereyr. de in integr. reſtitutione min. 2. part. pag. 1163. n. 31. verſi ſed verius*, ubi ipſe idem probat, quando tutor cum auctoritate iudicis contrahit cum minore, & opin. ſupr. d. Accurſ. ſequitur etiam Molina Theolog. *de iuſt. & iur. 2. tract. diſputatione 224. col. 1285. verſ. de iure communi.* Et probatur hæc opinio expreſſè *in l. 4. tit. 5. par. 5. ibi, fueras ende, &c.*

Secundo, † dicitur tutorem vel curatorem palam, & 7
bona fide contraxiſſe, ſi rem minoris ſui compararerit interveníentibus eius amicis, *ita Bartol. in lege, frater à fratre, ff. de condict. indeb. num. 51.* quem ibi ſequuntur omnes, item Iaſon dicens alibi non reperiri *in lege ſingularia, n. 18. ff. ſi cert. petat. Iaſ. in lege pacta noviſſima, n. 9. C. de pact. Rebuff. in 2. tom. conſtitut. Galliæ. tit. de dona. gloſſ. 2. num. 8. Ioan. Arelat. in 21. præſumt. 1. regul. in ultima additione, prout eos refert Padilla in dicta lege tranſactionem, n. 7. ſequitur Boer. deciſione 100. præſentia coniunctorum, Hippol. de ſign. 417. incipit, eodem modo, & ſingul. 673. nonnulla Ruin. conſ. 98. num. 24. volum. 1. Menoch. alios allegans, ibi ſupra, n. 10. Matienco in dicta l. 23. gl. 2. num. 2. & Azeved. ibid. n. 3.*

Verius tamen eſt, † etiam iure communi attento, ꝙ 8
verba illa dictæ legis, *cum ipſe tutor*, palam & bona fide, non ſolum interventum amicorum, ſed iudicis quoque auctoritatem deſiderant, *ut obſervavit ibi Bald. num. 1. & idem Bald. conſilio 201. lib. 3. Rip. in dict. leg. 1. §. fuit quæſitum, n. 10. ff. ad Trebel. Petr. Duen. dict. regula 31. in 8. ampliatione. ſequitur Padilla in dict. l. tranſactionem. ſub n. 7. & Matien. in d. l. 23. glo. 2. n. 2. Azev. attenta d. l. partit. in d. l. 23. num. 3. Cal. Per. ubi ſup. in verſ. ex quibus infero, & Pet. Surd. conſ. 9. n. 40. lib. 1.*

Adducitur pro hac parte expreſſa *l. Reg. 4. tit. 5. part. 5.* ubi cum tutor non adeſt, iudicis auctoritas eſt neceſſaria, quaſi innuat lex interventum amicorum non ſufficere, & hoc in re mobili minoris. Immobilem namque neque palam, & bona fide emere poteſt tutor vel curator à ſuo minore, niſi ſervatis iuris ſolemniis.

Hodie † tamen iure noviſſimo huius Regni, videtur 9
ceſſare hæc diſputatio ex *d. l. 23.* ubi, nec palam, nec bona fide licet tutori rem pupilli ſui emere.

Vnde † non procedit in his regnis opinio Dec. *conſil.* 10
410. n. 2. quem refert & ſequitur Menoch. *d. caſu 459. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 5. n. 11.* tenentis, bonam fidem in propoſito probari, ſi ipſe tutor coram populo res pupilli venales expoſitas ſub haſta ad proclama emit. Hoc namq; de iure noſtro Regio procedere minime poteſt, ut videmus.

Secundo † deduci videtur, quod deciſio *dict. l. 4. tit.* 11
5. part. 5. quæ habet, licere tutori & curatori emere rem pupilli ſui vel adulti palam, & bona fide auctoritate contutoris, vel iudicis, corrigatur per dictam *l. 23. tit. 11. libr.*

lib.5.nov.collect.Reg.ibi, y ſila comprare publica, o ſecretamente, &c. ut ſenſit Padilla in d.l.tranſactionem, nu. 7. ad fin. & Petr. Duenn. in reg. 31. ampliatione 8. in fin. & D. Caſtill. in l. 27. Tauri. gloſſ. mag. col. 18. & Ant. Gom. 2. tom. variar. reſol. c. 2. n. 2. in fin. nec non, & Villalob. in antinom. iur. civil. & Regii, lit. T. n. 21. & in ærario commun. opinionum, lit. T. num. 232. qui omnes tenent, quod attenta d. l. 23. tutor vel curator hodie emere non poſſit, etiam palam & bona fide à ſuo minore, & in terminis, quod ius commune, & etiam d.l. partitæ corrigatur hodie per d.l.23. tenet & probat D. Azev. ibid. d. nu. 3. paulo ante fin. ibi nam ſi de iure civili, &c.

Nihilominus tamen contraria opinio verior mihi videtur & tenenda. Imo quod hodie d. l. partitæ, minime corrigatur per d.l.23. Primo quia l.23. ibi, publica, o ſecretamente, non loquitur in ſpecie dictæ legis partitæ, ſcilicet, quando tutor vel curator emit rem pupilli ſui vel adulti, cum auctoritate iudicis vel contutoris. Ergo vitanda eſt correctio præcipue legum partitatum.

12 Cum † enim de antiquarum legum abrogatione intenditur, illud ſolet ſignificari verbis expreſſis, aut honorifica aliqua præfatione, & ubi lex Regia non exprimit, non eſt de eius intentione ius commune corrigere, ut cum aliis probavimus lib. 3. pract. q. 15. n. 37. & 38. & q. 29. nu. 5. & 6. Sed iure communi licitum eſt à contutore emere, vel cum auctoritate iudicis, ut ſupra probavimus. Ergo cum dict. l. 23. hoc nuncupatim non corrigat, nec in hac ſpecie loquatur, conſequens eſt, ut non ſit viſa illud corrigere.

13 Secundo, quoniam † iure communi tutor ſe auctorante poterat emere à pupillo maiore infante, palam & bona fide. Bart. in l. pupill. §. fi. ff. de auct. tutor. Salycet. & Dd. in dict. l. cum ipſe tutor, C. de contrah. emt. Hunc igitur caſum tantũ corrigit nova l. illa 23. Ergo ſi emat bona fide cum auctoritate iudicis vel contutoris, poterit id facere, ut in d. l. 4. partita, quod non vetat d. l. 23. ſed tantum, que el, cabe calero, o guarda de huerfanos non pueda compra ninguna coſa de ſus bienes de aquel, o aquellos que adminiſtrare, y ſila comprare publicado ſecretamente pudien doſe probar ſea la tal comprar no vala y torne el quatro tanto &c. Ergo à iudice vel contutore poterit emere, cum enim hæc l. ſit correctoria iuris communis, ſcilicet, quando palam, & bona fide emitur abſque contutore vel iudice, extendenda non eſt ultra hunc caſum, in quo nuncupatim loquitur ad alium, in quo non loquitur, ſcilicet, quando adminiſtrator emit auctoritate iudicis vel contutoris.

14 Non † enim ſunt æquiparati prædicti duo caſus à iure communi per modum regulæ generalis, & generaliter expreſſe ad hoc, ut l. nova loquens in uno locum habeat, & in alio prout alias requiritur iuxta late tradita per Tellum Fernandez in l. 4. Tauri, n. 25. præſertim cum in caſu omiſſo ad l. 23 ſit aliter proviſum, ut in propoſito contingit, in qua ſpecie locũ non habet extenſio, ut per deciſ. 6. Pedemon. Octaviani, num. 9. & 10. Et in terminis hanc 2. opinionem ut veriorem probavit, & tenet Gregor. Lopez. in d. l. 4. in glo. de aquel. titul. 5. part. 5. quem ſequutus ſum & probavi in meo tractatu de iuramento confirmatorio 1. par. c. 40. n. 2. & nunc quoque ſequor & probo, & tenuit prius Montal. in repertor. ordin. Regii verb. tut. nec non & Matienc. in d. l. 23. gl. 2. n. 3. & eam in effectu probat D. Spino in ſuo ſpeculo teſtament. gloſſ. 29. n. 59. in verſ. quæ ſententia, & ex profeſſo Didac. Perez. in l. unic. tit. 5. li. 5. ordin. glo. unic. in principio, ibi ſed tunc re vera pag. 172 colu. 1. & ulterius in eadem gloſſa ad finem, ibi, nec tex. in dicta, l. 4. pag. 173. col. 1. & noviſſime Molina Theolog. in 1. parte de iuſtitia, & iure 2. tracta. diſput. 224. col. 1385. in verſic. eam vero, &c.

15 Neque obſtant † Dd. noſtri regni in contrarium ſupra allegati, etiamſi mille eſſent, quia plerumque eorum contrariam opinionem ex profeſſo non probant, neq; loquuntur proprie & in terminis noſtræ quæſt. ſed generaliter dicunt, quod hodie attenta d. l. 23. tutor, nec alius adminiſtrator poteſt rem ſuorum minorum emere etiam palam & bona fide, & intelligi debent iuxta tenorem eiuſdem l. 23. quam citant, nempe ab ipſo minore, non vero auctoritate iudicis vel à contutore, quo caſu non loquitur dicta l. 23. ſed dict. l. 4. tit. 5. part. 5. quæ hoc permittit, & non mutatur per dict. l. 23. quare igitur ſtare prohibendum eſt, ut in l. præcipimus, C. de appellat. & in l. ſancimus, C. de teſtam. Solus Azeved. probat contrariũ, cum tamen ipſe ibidem, nu. 5. noſtram opin. hanc probet in terminis d. l. partitæ quando ſcilicet talis emtio eſſet utilis minori, & ſic ex magna cauſſa facta, tunc namque inquit ceſſare d. l. 23. præſumtionẽ & eius diſpoſitionẽ interveniente iudicis & alterius contutoris, aut coadminiſtratoris auctoritate, ſi alius adeſſet: & ſic etiam inquit, poſſet & hodie procedere d. l. 4. tit. 5. par. 5. ut non corrigatur, prout ibi ſenſit gloſſ. & Pet. Duen. ubi ſup. in 5. & 7. limitatione.

In † pluribus igitur deficit amicus noſter, in hoc, vel potius exceſſit: ſi enim d. l. 4. loquitur in hac eadem ſpecie, ſcilicet, quando talis emtio eſſet utilis minori, ut patet ex ea ibi, E cumba meneſter que aquello que deſtaguiſe commare del que ſea en pro del huerfano, e no en ſu danno: Caſi engannado ſe fallaſſe el menor, por razon de tal. vendida, puedela des fazer deſpues que fuere de edad cumplida faſta quatro annos, aſſi como dezimos en las leyes que fablan de la guarda de los menores e de los bienes dellos. Quare in d. l. 23. nu. 3. prius tenet contra noſtram ſententiam: quæ prius fuit inſignis gloſſatoris, d. l. 4. nempe quod d. l. 4. hodie non procedat per d. l. 23. cum idem met, Azeved. poſtea n. 5. fateatur, quod etiam hodie poteſt procedere d. l. 4. & non corrigatur, quando emtio utilis eſſet minori, ut nuncupatim recte per eam tenuit Duennas, ubi ſupra in 9. ampliatione in fi. & limitatione 5. & 7. Hæc igitur ſententia ultima, quæ convenit cum noſtra, & probatur expreſſe in d. l. partitæ, in his propriis terminis loquentis tenenda eſt, quam ut ultimo relatam & affirmatam tenet etiam Azeved. in d. l. 23. n. 5. non vero, quã prius tenuit præd. num. 3.

Secundo deficit idem concivis meus in allegatione plurium ex ſupradictis auctoribus tanquam tenentium priorem ſententiam, cum eam in terminis non teneant, ſed quod prædiximus.

Tertio dum requirit copulative, quod interveniat in præmiſſa ſpecie iudicis & alterius contutoris, vel coadminiſtratoris auctoritas, ſi alius eſſet, cum tamen alternative in hoc loquatur d. l. 4. ut patet ibi, fueras ende, ſi lo fizieſſe con otorgamiento del juez del logar, o de algun otro que lo ovieſſe otroſi en guarda tambien como el, & ita tenet Matienco ubi ſupra gloſſ. 2. nu. 6. & Didac. Perez etiam ubi ſup. pag. 172. col. 1. & pag. 173. col. etiam 1. ubi quod ſi non ſit contutor, aſſignetur defenſor rei diſtrahendæ auctoritate iudicis, ſi res mobilis ſit: ſi vero immobilis, ſervetur forma Iuris communis, cum eius auctoritate, & præmiſſa iuris cognitione utilitatis ſeu neceſſitatis pupilli, & licentia iudicis, & eius decreto, alias nulla eſſet venditio, quod etiam tenuit Greg. Lopez. in d. l. 4. in gloſſ. con otorgamiento.

Sublimitat † tamen Azeved. ubi ſupr. noſtram hanc ſententiam, ut non procedat deficiente utilitate minoris, etiamſi iudicis auctoritas interveniret, & alterius coadminiſtratoris, quia tunc nulla eſſet emtio, & adminiſtrator emens incurreret pœnam, licet eſſet minuenda his intervenientibus, cum auctoritas iudicis multum ad hoc iuvet. Quæ ſublimitatio periclitari videtur ex dict. l. 4. partitæ, in verbis modo relatis, ſiquidem ex illis aperte convincitur, validam eſſe prædictam venditionem, & ſi ſit damnoſa minori, ſed per in integrum reſtitutionem reſcindendam eſſe, ſi petatur intra 29. ætatis 16

ſuæ annum, ſed nec pœna d. l. 23. locum habebit, cum ea lex non loquatur, quando emtio fit auctoritate judicis, vel coadminiſtratoris palam, & bona fide: ſed alias.

17 Poteſt † tamen (meo judicio) prædict. ſublimitatio ſalvari: quando etiamſi prædicto modo fieret venditio, fraus tamen, dolus vel machinatio tutoris, vel alterius adminiſtratoris, præter læſionem minoris interceſſiſſet: tunc enim hoc comperto, merito quod propter dolum fraudem & machinationem, vel ſordes adminiſtratoris, juncta læſione minoris, ſit nulla venditio ipſo jure, & adminiſtrator extra ordinem puniatur pro modo culpæ. Et ita merito probat Matienc. in dicta leg. 23. gloſſ. 2. ſub numero 4. & 6. quod ſit nulla venditio in hac ſpecie quando male fide, id eſt, viliori pretio fit: alias ergo ſecus erit.

18 Poterit † etiam tutor vel curator, aliuſve adminiſtrator retrahere jure ſanguinis rem ſui patrimonii durante officio, quia principaliter ipſe in hac ſpecie non contrahit cum pupillo, vel ſibi ſubdito, ſed tantum ſubrogatur loco emtoris: Item, quia ceſſat ratio prohibitionis, ut in terminis in judice retrahente probat & tenet Ant. Gomez, in l. 70. Taur. num. 12. & in tutore & curatore aliove adminiſtratore recte quoque eadem ratione procedere videtur.

Sed & jure communi, an & quando tutor vel curator poſſit, vel non emere rem ſui minoris late diſtinguit Bartol. in dict. leg. pupillus, §. final. numero 4 ff. de auctor. tut. cujus diſtinctionem late proſequitur Matiencen. in dict. l. 23. gloſſ. 2. numero 4. cum ſequentibus, & ad eam ſe refert Gregor. Lopez, in dict. l. 4. in gloſſ. de aquel. ad fin. Sed jure noſtro Regio obſervanda erit diſtinctio d. l. 4. cum ſupra dictis à nobis.

Sed & aliæ plures limitationes adducuntur per Dd. ſupra citatos in hac materia, quarum illa eſt veriſſima, de qua in d. l. Regia partitæ, quam modo explicuimus: ceteræ vero ea attenta ceſſant, vel non ſunt propriæ limitationes.

19 Et ideo † merito D. Spino in dict. gloſ. 29. num. 59. ad finem, & num. 60. inquit, quod extra caſum, dict. l. 4. tit. 5. part. 5. hodie attento jure Regio non poteſt tutor emere rem pupilli, ſive palam, ſive bona fide ſub pœna dict. l. 23. præterquam ſi talis emtio fiat à tutore cum judicis decreto & auctoritate (adde tu) vel contutoris, quia tunc valet emtio facta à tutore per dict. l. 4. ex quo hodie ceſſat limitatio altera Otaloræ de nobilit. quintæ partis princ. cap. ult. num. 13. ſcilicet in tutore nobili palam emente per interpoſitam perſonam, ut in l. pupillus, §. ſed ſi per interpoſitam. ff. de auct. tut. non enim hoc procedit attenta d. l. 4. niſi ſit, ut ibi.

20 Tutor autem, † qui jam adminiſtrationem bonorum pupilli depoſuit, licite rem pupilli, ut quilibet extraneus, emere poteſt, ſicut ille cui adminiſtratio decreta non eſt, ut in leg. tutores quibus, ff. de auctor. tutor. gloſſ. communiter approbata in leg. ſi in emtione, §. fin. verb. tutor, ff. de contrahent. emtion. & in leg. cum ipſe, C. de contrahent. emt. teſte Anton. Gomez, deciſ. Luſitan. 217. num. 1. qui numeris ſequentibus late agit, an hoc jure Regio illius Regni locum habeat: Eandem Gamæ ſententiam probat Molin. Theolog. de juſtitia & jure, 1. part. 2. tract. diſputat. 224. colum. 1384. verſic. puto autem: & Caldas Pereyra in d. l. ſi curatorem, habens in verbo, contractum feciſti, ſub num. 32. colum. 2. C. de integr. reſ. min. ubi quod ſi adhuc rationem tutelæ non reddidit, non poterit emere res pupilli, ut tradit Socin. Iun. conſil. 48. num. 15. volum. 1. apud quem hoc non invenio, veruntamen videtur ex identitate ratione.

21 Illa † etiam limitatio vera mihi & tenenda videtur, nempe, quando minor juravit ſuam venditionem in favorem ſui tutoris vel curatoris: tunc enim juramento confirmatur, ut probavimus dict. cap. 40. numero 3. cum ſequenti, & firmat D. Spino in ſuo Specul. teſtament. gl. 29. numero 63. quicquid de ea dubitet noviſſime Azeved, in dict. l. 23. num. 6. Eius namque fundamenta corruunt hodie ſtante Jure canonico, ut in cap. quamvis pactum, de pact. in 6. & in cap. cum contingat de jur. Non enim eſt hoc juramentum contra bonos mores naturales, aut canonicos, ſed tantum civiles, ut recte conſideravit Doctor Spino, ubi ſupra, ubi etiam, quod non manet ex hoc minor deſtitutus, ut cum periculo & jactura ſuſtineatur venditio: Nam ſi conſtet minorem ex enormiſſima læſione fuiſſe deceptum, habebit remedium pingue reſtitutionis, & obtenta relaxatione juramenti, agere poterit ad reſciſſionem contractus: Tandem non minus bene addit Spino, hujuſmodi tutorem vel curatorem non liberari ab aliis pœnis contentis in d. l. 23. licet ratione juramenti venditio ſuſtineatur, cum adverſus conſtitutionem illam Regiam à pupillo, cum non poſſet, emit: Intellige tamen, niſi in caſu d. l. 4. tit. 5. part. 5. in quo non incurret ullam pœnam.

Ex † ſuperioribus idem in exſequutoribus teſtamentorum probandum venit, ſcilicet, ut hi non obſtante d. l. Regia 23. palam & bona fide auctoritate judicis, vel coexſequutoris emere poſſint rem ſui defuncti, quia non loquitur d. l. Regia 32. in hoc caſu: & Jure communi hoc tenet Bartol. in dict. leg. ſi emtione, §. fin. ff. de contrahent. emtione. 22

Illud † tandem hic ſupereſt videndum, an donatio facta à minore ſuo curatori & adminiſtratori firmetur juramento? Et firmari procul dubio prima facie videtur dicendum. Primo, quia minor poteſt prudenter & ex cauſſa donare, & tunc non reſtituitur, ut reſolvimus ſupra hac 2. parte, cap. 5. num. 59. & 60. ubi quod in donatione nulla læſio conſiderari poteſt. 23

Secundo, † quia quotieſcunque juramentum poteſt ſervari ſine interitu ſalutis æternæ, ſervandum eſt, text. in cap. quemadmodum, & in cap. ſi vero, & in cap. cum contingat, de jurejurand. & in cap. quamvis pactum, de pact. lib. 6. qui text. etiam procedi, quando filia renuntiat gratis hereditati paternæ, nulla dote ſibi data vel conſtituta, etiam ſtante metu reverentiali patris, ut ibidem reſolvimus, cum communi ſuper verbo, ut dote contenta, nu. 1. Sed in noſtra ſpecie juramentum poteſt ſervari ſine interitu ſalutis æternæ, ut patet. Ergo habemus intentum, & ſi ita ille text. excipiens caſum doloſæ renuntiationis intelligendus eſt de dolo ex propoſito, & non reipſa, ut in caſu præſenti. 24

Tertio, † quia ſicut contractus puberum firmatur juramento ipſorum, ut in auct. ſacramenta puberum, cum ſimil. C. ſi adverſ. vendit. ita etiam donatio, ut ibidem reſolvimus cum communi, num. 118. Et de communi etiam atteſtatur noviſſima Sfortia Oldus in tract. de reſtit. in integr. 2. part. quæſt. 58. artic. 2. n. 19. & 22. ubi n. 21. hoc limitat, data enormiſſima læſione. 25

Quarto, quia venditio minoris jurata facta in favorem ſui tutoris vel adminiſtratoris, eſt valida, ut ſupr. hoc capite modo reſolvimus: Igitur & donatio eadẽ facta cum juramento valida quoque eſſe debet eadem, ex ſupradictis rationibus.

His † tamen non obſtantibus in ſpecie præmiſſa donationis factæ à minore, ſuo curatori vel adminiſtratori, contrarium eſt tenendum, imo quod ea etiam juramento non firmetur, ut pluribus rationibus atque fundamentis in terminis probavit & tenuit Ripa. Reſponſ. 138. alias reſponſ. 4. de donat. numero 11. cum ſequentibus. Ex quibus ſequentia tanquam præcipua ſumo. Primo quia ſi minor contrahat cum tutore vel curatore, & læ datur, contractus † eſt nullus propter præſumtum dolum, & malam fidem tutoris ſeu curatoris, l. pupillus, §. item ipſe tutor, ff. de auct. tut. cum ſimilibus, ſupra hoc cap. allegatis: Eſt enim juris, & de jure præſumtio, quod 26